BARTHOLOMÆI RO-
mulei Florentini Clariſſimi iure=

conſulti, in Academia Ingolſtadienſi Profeſſoris Ordinarij, Com=
mentatio ſeu Repetitio in ſubtiliſsimam & utiliſsimam
materiam, L. Nemo poteſt, de legat. &
fideicommiſſ. I.



Cum Gratia & Priuilegio Imperiali.

INGOLSTADII EXCVDEBANT
Alexander & Samuel Vueiſſenbornij.

M. D. LIX.



IN INSIGNIA LEONIS CARmen ad Lectorem.

Forte Cleonæi mirabere ſigna Leonis
  Lector, & hæc, dices, quid ſibi ſigna uolunt?
Quod gerit Alcides ſpolium? clauaq; trinodi
  Cur ferit horrentes terq; quaterq; iubas?
Deſine, non fruſtra priſcis Tirynthius armis
  Vtitur, & fului corpora pelle tegit.
Nec fruſtra toruum dextra feriente Leonem
  Sternis, ut hoc monſtrat pagina prima libro.
Sicut enim bifidum manibus uictricibus orbem
  Purgauit uindex Amphitrioniades:
(Teſtantur Nemeæ ſaltus, Erimanthe fateris,
  Et quæ tergemini regis alumna fuit,
Et Diomedæo crudelis Thracia paſtu,
  Quæq; uenenatas Lerna mouebat aquas)
Sic infinitos animo tolerante labores
  Suſcipiunt, edi qui ſua ſcripta uolunt.
Horrida cum fœdis ſubeunt certamina monſtris,
  Ancipitiq; ferunt multa pericla metu.
Vipereos acuit damnoſa calumnia dentes,
  Perpetuum liuor uirus ab ore uomit.
Inuidiæ horreſcunt arcus, & ſæua coruſcant
  Spicula, fulmineum commouet arma furor.
Has tamen exuperat felix induſtria peſtes,
  Monſtra cadunt, uirtus tollitur, alta tenet.
At qui ſacrati ſinuoſa uolumina Iuris
  Explicat, is laudem quo mereatur habet.
Quiſquis honoratas pulchro carmine leges
  Illuſtrat, digna præmia laude capit.
Hoc caput eſt rerum, ſociæ moderamina uitæ
  Ius habet, huic uires contulit ipſe Deus.
Donec erunt igitur uitæ, & commertia rerum,
  Romulei uiuet gloria, uiuet honos,
Cuius & ingenium coluit, ſtudiumq; probauit
  Roma prius, nunc id Teutonis ora fouet.

Abrahamus Lœſcherus
I. V. D.

DE HERCVLE CLARISSIMI Iureconſulti D. Bartholomei Romulei Florentini, præceptoris, & patroni ſui ſummè colendi, Iohannes Aurpachius Altanus. LL. candidatus.

CErnis ut Alcides monſtrum ferale trinodi
Compeſcit baculo, ſummis uirtutibus heros
Præditus, ut poſthac per totas quiſq; Cleonas
Ingrediatur iter ſecuro tramite tutum,
Nec uagus immenſas exhorreat incola ſtrages,
Quas trux per totam faciebat beſtia terram,
Affligens miſeros agros, trepidiſq; colonis
Incutiens pauidum torua feritate timorem?
Sic quoq; Romuleus ſummo quem culmine ſiſtit
Ingenium, & ſacri generoſa ſcientia iuris,
Illuſtrat legum tenebras, neuoſq; ſagaci
Deformes animi ſubtilis acumine tollit,
Et ſtudium omne ſuum magnarum in commoda rerum
Confert, ut tandem patefacto lumine ueri
Et uirtus, atq; alma fides, & floreat æquum,
Et ius immenſo purum reddatur in orbe.

REVE.

REVERENDIſSIMO

ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC

Domino D. Vuolffgango Magiſtratus generalis militiæ Hyeroſolymitanæ Ordinis beatæ Mariæ Theutonicorum Adminiſtratori, ac eiuſdem per Germaniam, & Italiam, parteſq; tranſmarinas Magiſtro &c. Principi, Domino ac Macœnati ſuo modis omnibus colendo. S. D.

POſtquam annuente & propitio Deo ex longinquis dulciſſimæ patriæ meæ Italiæ finibus in has Germaniæ partes ante aliquot annos ueniſſem, ab Illuſtriſſimo, & Potentiſſimo Gulhelmo (piæ memoriæ) Duce Bauariæ accerſitus, in multorum Principum amicitiam perueni, animum & fauorem ipſorum mihi conciliaui. Inter quos illuſtriſſimæ uirtuti tuæ, Reuerendiſſime Princeps, merito (ipſe mihi teſtis ſum) primas tribuo. Me enim & honoribus augere, & uarijs beneficijs adficere nunquam deſiſti: taceo de mirifica illa beneuolentia, & humanitate, qua me es amplexus, ac tandem in numerum illorum recepiſti, qui tibi ab intimis conſilijs ſunt, opera, & labore, ſtudijſq; meis in plurimis negotijs es uſus. Ad hæc uarijs me muneribus donaſti, ac talem in omnibus te erga me, peregrinum, et aduenam hominem exhibuiſti, ut quanto magis mente, atq; animo colluſtrem excellentem illam animi tui uirtutem, tãto magis in me creſcat amor, & admiratio tui, maioreq; ſubinde ſanctitate & religione uenerari te cogor. Tantæ enim ſunt in te animi dotes, tot tantæq; uirtutes, ut nihil, niſi quod tali principe eſt dignum, in te appareat: clementia nimirum, fortitudo, prudentia, animi magnitudo, iuſtitia, liberalitas, deniq; & rei militaris ſcientia, cæteræq; tum animi, tum corporis uirtutes, quæ in uero Principe commendari ſolent, hæ, inquam, in te maximæ & ſingulares inueniuntur. Atq; ne exiſtimes me hoc tuis dare auribus, uidimus in ſuperiori Germaniæ bello, te pro ſalute ſubditorum, & incolumitate Eccleſiæ ſtrenuum militem, magnum fortitudinis et induſtriæ exhibuiſſe ſpecimen, ſummæq; uirtutis tuæ ſignum, ſicut illi etiam, qui Imperatoris inuictiſſimi Caroli quinti (Diuæ memoriæ) res geſtas deſcribunt, tui inter cætera facta honorifica mentione teſtantur. Simili modo ſummis uiribus, ſumma ope, & labore inuigilas, ut in uera Euangelij doctrina, & antiquo religionis cultu ſubditi retineantur, iuſtitiaq; et æquitas in iudicijs adminiſtretur. Habes doctiſſimorũ

 uirorum

uirorum ingenia præclara in maximo precio. Quos enim induſtria, conſilio, & literarum ſtudijs ornatos eſſe cernis, tua authoritate operaq; nunquam fouere deſiſtis. Quos uero ad uirtutes, & ſacra Muſarum ſtudia tendere percipis, non modo fauore, ſed etiam liberalitate promouere curas. Quarum rerum potiſſimum ſcientiam, Imperatores et Principes habere debent. Nam duo ſunt potiſſimum Principum officia: Primum, Rempub. ſeu ditionem ſibi á Deo commiſſam ab iniuria, atq; incurſu hoſtium defendere: Alterum, Ciuium, uel ſubditorum concordiam fouere, & conſeruare. Pax enim ciuium & tranquillitas, in qua uniuerſa Rerumpub. ſalus continetur, aut exterorum hoſtium incurſu, aut inteſtinis diſcordijs perturbatur. Ad uim quidem hoſtium infringendam opus eſt rei militaris ſcientia: ad ciuium uero et ſubditorum diſcordias comprimendas, concordiamq; fouendam ualet ſcientia iuris, & legum. Non enim tã ui, atq; crudelitate, quam arte & induſtria hoſtes profligantur. Propterea ueteres Romani uictoriam non minus in ſcientia, & uirtute Ducum, quam in multitudine Militum ſitam eſſe crediderunt. Ciuium quoq; concordia fouetur, ſi æquo iure ciues inter ſeſe uiuant, ſi neuter ab altero lædatur, ſi ſuum cuiq; tribuatur. Quæ quomodo curari, ac parari debeant, iura præſcribunt legeſq; docent. Nihil enim aliud ſunt leges, quam regendorum ſubditorum conſilia, præſcribentes unicuiq;, quid facere conueniat, malos penis coercentes, bonos præmijs allicientes, ut æquo iure & concordia inter ſe ciues, & ſubditi uiuant. Quæ duæ uirtutes cum, ut dixi, illuſtres in te ſint: fit quod tam bene audis non ſolum apud tuos, ſed etiam exteras nationes: quoniam non ſolum iuſtitia ditionem tuam regere, ſed etiam ad tranquillitatem, & commoda uniuerſæ Reipub. omnia conſilia, omnem curam, omneſq; cogitationes tuas conferre crederis, nec uirtutem modo, ac induſtriam Principis Germani præ te ferre, uerum etiam tui ordinis uiros fortiſſimos, ad ſimilium uirtutum imitationem inuitare uideris. Vt enim paucis, quid exterarum nationum principes ſingulari præditi ſapientia de te ſentiant declarem, memini, cũ ſuperioribus proximis annis Romæ cõuiuio eſſem adhibitus, cui maximorũ Regum ac Principũ Oratores intererant, quibus quantiſq; laudibus Cardinalis ille Farneſius tũc temporis Pauli III. Pont. Max. in Germania legatus, uir ſummo ingenio, ſumma prudentia, ſummiſq; omnium uirtutum ornamentis decoratus, animi tui eximias dotes, ac rei militaris experientiam prædicauerit, quam te unum inter ſelectiſſimos totius Germaniæ Duces & bellica diſciplina, & rerum gerendarum dexteritate ſuſpiciendum, prædicandumq; aſſeruerit: teq; haud immerito prudẽtiſſimis illis imperatoribus, Fabio Maximo, Pompeio Magno, P. Affricano, C. Mario, cæteriſq; Romanorum eximijs Ducibus cõparandum exiſtimauerit. Cuius quidem ſententiam (ut ſummatim dicam omnia) omnes uno ore ſingulari quadam admiratione, animiq; lætitia approbauerunt. Quare ego cum propter has & ſimiles uirtutes tuas, tum propter beneficia, quæ & multa, & præclara in me collata abs te eſſe, grato animo fateor, omnẽ

lapidem

lapidem moui, nullam non oportunitatem captaui, qua animi mei grati & beneuoli ſignificationem haud obſcuram tibi oſtenderem: quæ nunquam hactenus mihi ſatis commoda oblata eſt. Nunc autem cum lucubrationum mearum aliquas in lucem edere, eisq; principibus quibuſdam Germaniæ dedicare conſtituerim, ut eorum animos mihi conciliarem, uolui etiam unam ſub nomine tuo emittere, ut tantummodo debitæ obſeruantiæ, ſi nihil aliud, qualecunq; teſtimonium eſſent, ac turpiſſimum ignaui hominis uitium effugerem, quod tam diuino, quam humano iudicio eſt turpiſſimum. Dicit enim Deus: non recedet malũ a domo ingrati. Nec de nihilo eſt, quod ueteres dixerunt, ingratum cum dixeris, omnia uicia dixeris. Viſum eſt igitur, lucubratiões meas in L. nemo poteſt. ff. de legat. 1. tibi dedicare, idq; haud fore ingratum confido. Sicut enim uitam, corpus, fortunasq; meas (ſi quas habeo) iuuare haud erubuiſti, ita quoq; hæc Commentaria aduerſus malos & maledicos tueberis. Quamobrem hæc, qualiacunq; tandem ſint, in præſentia tibi Princeps fortiſſime nuncupo, uirtutibus tuis conſecro, & ſub nominis tui tutela emitto. Hæc autem lex, quamuis materiam bellicæ diſciplinæ non contineat, tamen non condemnendum locum in Repub. occupat. Nam dicit de iure publico & priuato, de quibus ſæpiſſime controuerſiæ acerrimæ cum inter homines priuatos, tum inter principes & ſubditos oriuntur. Aliquando enim quis Iuri publico, cui legum autoritate prohibetur, renunciare, in fraudẽ proximi, aut ipſius Reipub. etiam, renunciare ſtudet, uel aliquid é conuerſo inducere: nam lex ſæuiſſimis pœnis prohibet aliquid iuri publico detrahere, & priuato coniungere. Ad hæc etiam iniqui Magiſtratus, qui nec pietatem, nec ueritatem præ oculis habent, priuatorum bona diminuere, contra ius & utilitatẽ publicam conantur. Sicut uidere eſt in Achab Rege Iſraëlitarum, qui uineam (ut ſacræ atteſtantur literæ) occiſi Naboth, contra mandatum Dei occupauit. Quæ omnia pro uirili diligentiſſime excutere conatus ſum, & ex controuerſis doctorum ſententijs ueritatem erui. Hunc ergo conatum ſereniore uultu, ac gratioribus oculis ut aſpicias, manibusq; amicioribus aſſumas, & ſub nominis tui patrocinio uulgo commendari permittas, etiam atq; etiam uehementer rogo. Volui enim hoc meæ erga te obſeruantiæ, ac gratitudinis exiguum quidem, ſed perpetuum, propitio & auſpice Deo, pignus eſſe atq; teſtimonium. Vale Reuerendiſſime Princeps, & Romuleum tibi commendatum perpetuò habe.

C. T.

Deditiſſ.

Bartholomeus Romuleus.
V. I. Doctor.

CHRISTOPHORI DEN-neri L L. candidati ad librum Hendecaſyllabon.

Prodi culte liber, libelle prodi,
Nec uani inuidiam time caninam
Zoili, ut timidi timent libelli,
Quos timor mutili notat laboris:
Nec curæ tibi curioſa uerba
Sint Momi: ſed & inuidos Theonis
Morſus fac leuibus minoris algis.
Te Phœbi comites nouem, paterqꝫ
Seruat Caſtalidum, potens & ipſa
Pallas Romuleo tuo, tibiqꝫ
Tutum pandit iter, nihil nocebunt
Iam dentes canis Appulæ maligni,
Nil mendatiæ uirulenta uulgus:
Sat tectus clypeo micante legum,
Armatus ſatis eruditione.
Doctrina, ingenio, ſcientiaqꝫ
Digna Sulpitio, & graui Catone.
Prodi culte modo libelle, prodi,
Prodi, tutus eris, libelle prodi.

BARTHOLOMÆVS

ROMVLEVS FLORENtinus candido lectori. S. D.

CVm iam, candide lector, plures annos in celeberrima, nobiliſſimaq; hac Ingolſtadiana Academia, prælectiones ueſpertinas, quæ in Iure noſtro difficiliores, ſubtiliores, utilioreſq; eſſe ſolent: in quibus etiam omnes preclari ingenij interpretes ſuæ Mineruæ uires exercuerunt (quoniam iſtæ lectiones auditorum ingenia reddunt acutiora) non ſine maxima utilitate tam in praxi & forenſibus cauſis, quam in iuris theorica, ea diligentia, et induſtria proſequutus ſim, quæ nulli nõ cognita, atq; perſpecta eſt, caſu accidit, ut ſecundum noſtræ Academiæ inſtituta inſignis illa lex, Nemo poteſt: de leg. 1. a nobis prælegenda ſeſe offerret. Quæ lex eſt quodammodo clauis in ultimarum uoluntatum materia, circa autoritatem teſtatoris & eiuſdem uoluntatem. In qua quidem materia, quantum (ut ſemper ſtudioſorum gratia ſoleo) laborarim, ſudarim, quamq; ingenij mei uires intenderim, tu facile per te etiam me tacente cognoſcere poteris. Haud quaquam uero in noſtris Commentarijs Atticam ſiue Ciceronianam debes expectare eloquentiã: nunquã enim animus mihi fuit magnificorum & ſeſquipedalium uerborum ſententias congerere, ad quam rem nec natus nec exercitatus ſum. Sed hæc eſt unica mea cura, opera, induſtria, omniſq; uirium mearum intentio, ut ueram & genuinam legum ſententiam eruam, & explicem. Ad hanc uero rem quam omnes ſtudioſi, intentiq; merito eſſe debeamus, ipſe Imperator teſtis eſt, cum ait, leges non uerbis ſed rebus eſſe impoſitas. Non certe nos præterit, quod hodie nonnulli circa inanium uerborum ornatum, magis occupati eſſe ſoleant, quam ſinceram rerum explicationem, enodationemq; : quum dies nocteſq; laborant, & manibus pedibuſq; conantur, ut ſolum preclara uerba, uerborumq; ampullas, nugaſq;, effundant, ſibi perſuadentes, omnem laudem & honorem in iſta uana garrulitate, uerborumq; fumo, grauitate dicere debebam conſiſtere. Atq; adeo interim propter ornata & colorata ſua uerba, ſi dijs placet, ſibi placent, tam in ſinu gaudent, tamq; ſeipſos admirantur, adeoq; cæci & ſtolidi ſepe efficiuntur, ut nõ uideant, animaduertant, uel enucleare poſſint ueram legũ ſententiam, legislatoriſue conſilium: ut non mirum uideatur, quod plerumq; in nodis diſſoluendis genuinum ſenſum amittant: quum non ſenſum (ut idem Imperator ait) ſed uana nominum uocabula amplecti deſiderent. Quid multis opus:corum cõmentaria propter tot obſcuritates & perplexa uerba, quæ effundunt, dum eleganter & magnifice loqui ſtudent, ſepe alijs nouis commentarijs, uel ſingulari interprete indigere uidentur. Nos uero ſemper & melius, & conſultius eſſe iudicauimus, ſi legum profeſſori magis legum ſenſus, uis, & uoluntas curæ ſit, quam obſcurorum & affectatorum

uerborum

uerborum recitatio : in quibus nil ſucci, nilq; fructus reſidet. Solent inſuper iſtiuſmodi homines in iſtis obſcuris et ſummo labore queſitis uocibus & ſententijs, periodiſq;, gloriari, ornate admodum ſe dicere putantes, ſi uel ex ſolis uerbis nouos Labyrinthos ſtudioſis obtrudere poſſint. Non profecto eos maxima laude dignos eſſe inficias imus, qui utrumq; preſtare poſſunt, uerborum elegantia uti, egregias legũ ἀντινομίας, nodoſq; diſſoluere, & doctorum controuerſas & diſſidentes opiniones conciliare. Quid multis? utinam noſtris temporibus reperirentur Accurſij, Bartholi, Caſtrenſes, Alexandri, Socini, Decij quoq;, quibus nec ingenij acumen, nec rerum grauiſſimarum exactiſſimam ſcientiam defuiſſe conſtat. Utinam hæc ætas ſimiles ferret Iurecconſultos, qui leges ea ratione explicarent, & de iure reſponderent. Talium autem, & ſimilium conſuetudine, cum à tenera ætate ſemper uſus ſim, uerborum & ſententiarum colores, fucuſq; ſpreui. Satis mihi ſemper eſt uiſum, ſi latine utcumq; ſcriberem, & ſenſa mentis proferrem, elegantiam ſermonis oratoribus relinquens. Hoc certe unum auſim dicere (cuius rei teſtes habeo peritiſſimos & excellentiſſimos in diuite, & eleganti uerborum & ſententiarum copia) difficile admodum, imo fere impoſſibile eſſe, utrumq; conſequi: cum uideas hodie ætatem hominis uix ſufficere, ad eam, ad quam uiri magni, ac pauci, ſolidam latine lingue cognitionem peruenerunt. Valeant igitur iſti delicati Pauones, qui tantum aureas plumas oſtendunt, ſed in doctrina olerum cantum non edunt. Satis mihi fuerit, ſi poſſim eo modo legum difficultates aperire, ut qui mea commentaria perlegerint, me magis in difficultatibus, ſubtilitatibus, & uera doctrina laboraſſe cognoſcant, quam ornatum dicendi modum ſine fructu ſtudioſorum queſiuiſſe. Quod reliquum eſt, te rogo candide lector, ne ægre feras quod plura hac de re uerba fecerim : neceſſe enim fuit, ut me apud omnes excuſarem. Nam me non latet, multos Momos & Zoilos fore, qui propter inuidiam, & mea, & aliorum Iurecconſultorum ſcripta, ledere non deſiſtent. Laborent alij in uerborum obſcuritate, grauitate inquam, nos candide & ſincere omnia explicare ſtatuimus. Pluribus autem nos excuſare (quamuis neceſſitas poſtulet) non eſt noſtri inſtituti, Fortaſſis enim nonnulli (ut ſpero) æquiores, nos defenſuri ſunt : qui iuris ciuilis ſapientiam, uerborum & ſententiarum affectationi, potiorem iudicant. Quicquid itaq; hoc eſt operis æqui boniq; conſule queſo : ſatiſfactum enim meo labori exiſtimo, ſi hæc, eo quo ſunt animo in lucem edita, grato animo ſuſceperis. Vale.

INDEX REPETITIONIS
L. NEMO POTEST, DE LEGATIS. 5

DEfinitio legati triplex. 1.
Definitio Florentini Iureconſulti & de ea diſceptatio. 2.
Modeſtini Iureconſulti definitionis diſputatio à Doct. recepta licet deprauata. 3.
Imperatoris definitio magis corrupta. (4
Authoris declaratio ad Modeſtini iureconſ. & Imperatoris definitionem. 5.
Si teſtator in teſtamento dixerit dono Titio centum præſenti & acceptanti, an iudicari debeat donatio uel legatum. 6.
Verba debent intelligi propriè. 7.
A uerborum proprietate non eſt recedendum. 8.
Authoris ſententia, an legatum uel donatio iudicari debeat. 9.
Si teſtator in teſtamento dixiſſet, lego & dono Titio, an iudicetur legatū uel donatio. 10.
Luſitanorum ſententiam in proxima quæſtione ſequitur Author. 11.
Noua autoris quæſtio accedit ad proximam quæſtionem, ut ſi ius Municipale diſpoſuerit, mulierem habentem filios non poſſe extraneis donare, locum habeat in legato. 12.
Authoris ſententia ad ſupradictum ius Municipale. 13.
Ius Municipale prohibens maritum legare uxori ultra quartam, non habere locū in donatione cauſa mortis. 14.
Verbum lego, multifariam accipitur. (15.
Verbum lego uniuerſitati relatum, an importet hæredis inſtitutionem, author diſputat ad utranq; partem (16.
Intellectus L. uerbis, de uerb. ſignifica. diſcutitur. 17.
Intellectus c. Raynaldus, extra de teſtamen. 18.
Mariani Socc. Iunioris ſententia uoletis diſtinguendo recōciliare Doc. an uerbum Lego relatum uniuerſitati, trahatur ad hæredis inſtitutionem, per authorem damnatur. 19.
Teſtatoris uoluntas ſemper inſpicienda eſt. 20.
Concordia ſingularis, noua & uera, ab authore tradita, per quam omnis Doct. diſceptatio ceſſat, an uerbum lego, relatū uniuerſitati bonorū trahi debeat ad hæredis inſtitutionē, nec ne. 21.
Vrbeuetani Iuris Municipalis declaratio, diſponentis maritum nō poſſe legare, an extendatur ad hæredis inſtitutionem. 22.
Statutum non debet interpretari, ut auferatur libera facultas teſtandi. (23.
Cornei ſententia ab authore reijcitur, circa dicti iuris Municipalis interpretationem. 24.
Legata & fideicommiſſa inter ſe differe, origine, nomine, & effectu. 25.
Sicut ordinis diui Franſci Monachos quis non poteſt hæredes inſtituere, eodē modo uniuerſale fideicōmiſſum eis relinquere nequit: ſed ipſis legare non prohibetur. 26.
Quibus uerbis inducantur fideicommiſſa, & quibus legata. 27.
Nō poteſt aſſignari certa regula apud diuerſas Nationes, quomodo diſtinguantur legata à fideicommiſſis, & è contra. 28.
Regula ab authore tradita ad diſtinguendū legata & fideicōmiſſa. 29.
Summarium iſtius legis ab authore damnatur. 30.
Perſonas priuilegiatas, utputa miles, Fiſcus, doctor ſub diſpoſitiōe huius legis contineri, nouiter author colligit. 31.
Lex ſeu Ius Municipale generaliter diſponens, non includit perſonas priuilegiatas. 32.
Diſtinctio Decij, an & quando lex

uel ius Municipale generaliter loquens capiat priuilegiatas cauſas, ab authore recipitur. 33.
Teſtamento contra legis diſpoſitionem condito, non ſolum ciuilis obligatio impeditur, uerum & naturalis. 34.
Nemo poteſt aliquid agere contra legis diſpoſitionem. 35.
Ratio, quare teſtator nõ poſſit aliquid diſponere contra leges. 36.
Formæ legis nemo derogare poteſt. 37.
Formæ legis concernentis ius publicum nemo derogare poteſt: ſecus ſi priuatam utilitatem reſpiceret. 38.
Legis, filio præterito, de inius. rup. teſta. diſceptatio. 39.
Formæ modicæ quis renunciare poteſt. 40.
Teſtator non poteſt derogare ſolennibus à lege ſtatutis, etiamſi à Principe teſtandi licentiam impetrauerit. 41.
Fallit niſi habilis obtinuiſſet teſtandi facultatem à Principe; ut aliquid operetur conceſſio. 42.
Inquirendi poteſtas delegata iudici, qui iure ſuo poterat inquirere, fama non præcedente, uel alijs indicijs facultatẽ tribuit inquirẽdi. 43.
Verba non debent eſſe ſuperflua. 44.
Recẽtiorũ Bononienſiũ reprehẽſio ad intellectũ, L. etiã, de bon. libert. 45.
Si teſtator uſuras à lege diuina & Canonica prohibitas, grauaret hæredẽ in teſtamento præſtare, nihil ageret. 46.
Hæres ſi grauatus ſit à teſtatore dare mille legatario, ſed infra decenniũ ſoluẽdi poteſtatem habeat, interim uero quinq; pro centum ſoluere deberet, an uſura eſſet. 47.
Author tenet Socc. ſententiam in caſu prædicto non eſſe uſuram, ſed loco intereſſe haberi. 48.
Non ſolum damnũ quis petere poteſt, uerũetiam lucrũ, ſi certum foret, & nõ remotũ à ſpe certa; ut quia ſolitus eſſet negociari. 49.
Intentio & propoſitũ diſtinguunt delictum. 50.
Pater nõ poteſt priuare filium ſucceſſione Regni niſi eſſet inhabilis. 51. & 52.
Primogenitura an ſit de iure diuino. 53.
Princeps ſemper cenſetur excluſus à lege aliquid diſponente. 54.
Principes inferiores Cæſare, ſubiecti ſunt huic legi. 55.
Cardinalis, uel alter inferior Principe, non poteſt cauſam committere ut ſumarie, et abſq; ordine procedatur: niſi ex cauſa iuſta. 56.
Neceſſitati plura conceduntur, quæ alias denegarentur. 57.
Prima exceptio ad textũ noſtrum quo ad Principes inferiores, non procedit. 58.
Secunda exceptio quoq; dãnatur. 59.
Principes Germaniæ an habeant locũ Principis in eorũ dominijs. 60.
Domini Scaligeri olim Veronę Principes an poſſint agere, quæ Cæſar poſſet. 61.
Appellatio an poſſit tolli per Principes. 62.
Obligationes perſonales ratione loci, temporis, & cõditionis fore immutabiles. 63.
Teſtator poterit præfigere terminum hæredi infra quem adire debeat hęreditatem. 64.
Argumẽtum de ultimis uoluntatibus ualidum eſt ad contractus. 65.
Partes nõ poſſunt cõuenire, ut iuris ſolennia auferantur in iudicio. 66.
Debitor non poteſt concedere autoritatem creditori, ut propria autoritate capere ipſum poſſit. 67.
Carcer reſpicit iuriſdictionem. 68.
Captiuus redemptus cõuenire poteſt, ut apud redimentẽ retineatur. 69.
Scriba, qui promiſit librũ ſcribere certo tẽpore, & ut in cõpedibus retineri poſſit, iure retinebitur. 70.
Plures ſunt caſus, quos hic author refert. 72.
Exempla licet non reſtringant regulã, tamen declarant. 71.
Argumentum ualidum eſt de ſimilibus ad ſimilia. 73.

Numerus ſeptem teſtium an ſit ſolennitas ſubſtantialis, difficillimus eſt articulus, & ab authore ad utranque partem diſputatur. 74. 75. (76.
An numerus ſeptem teſtium ſit ſolennitas ſubſtantialis, uel ad probationem introducta, plurimum refert quo ad obligationis naturalis ortum. 77.
Ius Accreſcendi locum non habet, ſi non in totum deficiat. 78.
Crebrior Doct. ſententia eſt, ut ex teſtamento non ſolenni oriatur naturalis obligatio. 79.
Teſtamenti facultas à iure Gentium cognita eſt. 80.
Hæres tenetur in foro poli ſoluere legata, ſi noticiam habuerit. 81.
Conſcientia conſideratur, ubi eſt naturalis obligatio remotis iuris apicibus. 82.
Petri ſententia uti non æqua reprobatur. 83.
Effectus plures conſiderari poſſunt, an naturalis obligatio ex actu nullo exoriatur. 84.
Primus effectus eſt, ut ſi eſſemus in dominio eccleſiaſtico, hæres compellatur ad ſoluendum legata, licet teſtamentum fuerit nullum. 85.
Secundus effectus, quia illa naturalis obligatio pareret ſoluti exceptionem. 86.
Tertius effectus, ut hæres teneatur in foro poli ſeruare uoluntatem. 87.
Illud quod eſt de ſubſtantia, eſt immubile. 88.
Actus ſubſtantialis dicitur, quãdo lex ita ſtatuit. 89.
Animã eſſe in toto corpore, & in qualibet parte corporis reſtringitur. 90.
Duplex eſt ſubſtantia, eſſentialis & accidentalis. 91.
Concordia tradita per authorem, ut numerus ſeptem teſtium dici poſſit ſolennitas ſubſtantialis & probatoria. 92.
Numerus duorum teſtium an ſit proprie ſolẽnitas ſubſtãtialis, & an iure Municipali uel conſuetudie diminui poſſit. 93.
Lex debet eſſe iuſta & ſancta. 94.
Lex poſitiua potuit addendo immutare ius diuinum. 95.
Sicut teſtamentum factum corã Principe abſque ſolennibus ualet, ita ſi factum fuerit à Principe. 96.
Hæredis inſtitutio in teſtamento eſt pars ſubſtantialis. 97.
Hæredis nomen à iure gentium, non à iure ciuili originem traxit. 98.
Hæredis inſtitutio non ſimpliciter eſt pars ſubſtantialis, ſed formalis. 99.
Teſtator quo ad tenorem teſtamenti, liberam habet facultatem teſtandi. (100.
Teſtator non poteſt ſolennitatibus ſubſtantialibus derogare. 101.
Clauſula codicillaris præſumitur, ſi teſtator in teſtamento dixerit, ſi minus perite fecero, pro iuſto & legitimo haberi uolo. 102.
Clauſula codicillaris præſumitur in teſtamento condito inter liberos. (103.
Clauſula codicillaris tutior erit, ſi ex uerbis teſtatoris, quam ſi ex Notariorũ conſuetudine inducatur. 104.
Notarius interrogatus, quid ſint codicilli, ſi ſe neſcire reſponderit, nõ cõtinebitur clauſula codicillaris in teſtamento. 105.
Teſtamentũ uel codicillus an præſumi debeat ſi teſtator ſolennibus ad teſtamentum neceſſarijs uſus fuiſſet, & dixerit tamen ſe codicillari. 106.
Sententia authoris, ut magis teſtamentum quam codicillus iudicari debeat, in caſu prædicto. 107.
Teſtamentum iudicabitur, ſi diſponens coram ſeptem teſtibus dixerit, eſtote præſentes meo contractui. (108.
Teſtatoris expreſſio inſpicienda magis eſt quam Notariorum enunciatio. 109.
Notariorũ imperitia deſtruxit orbem. (110.
Si teſtator ſolennem uoluntatem facere ſtatuerit, licet ſolennia nõ ſeruauerit, ſed in fide hæredis omnia remiſit

remiſit, qui ſoluere contenta in teſtamento promiſit, hæres contenta ſeruare compellitur: ex quo actus ſapit naturam contractus. 111.
Conſilium Bartholomei Veronenſis. in teſtamentis obſeruãdum, ut hæres ſi non iure teſtamenti, ſaltem promiſſionis iure, compellatur ad tollendum probationis defectum. (112.
Conſilium ſupradictum optimum eſt, ad euitandum iuris ſolennia: ut teſtamentum ſortiatur effectum. 113.
Bart. ſententiam, quo ad L. fina. C. de fideicom. hæred. poſt recentiores, author contra Aretin. & Iaſ. defendit. 114.
Stipulatio imitatur naturam contractus, ſuper quo interponitur, quo ad naturã ſubſtantialem: ſed non quo ad accidentalem. 115.
Licet uera in ſe ſit ſententia Bart. ut ſi teſtator in fide hæredis omnia poſuerit, qui promiſerit ſeruare omnia contenta in teſtamento, hæres omnino compellatur, etiamſi uoluntas non fuerit ſolennis: non tamẽ ſimpliciter: prout in iuribus adductis ſolus author animaduertit. 116.
Intellectus uerus et nouus ad L. fin. C. de fideicom. & §. fin. Inſti. de fideicom. hæred. traditur. 117.
Vaſallus ſi negauerit ſe fore Vaſallũ ab omni remedio excluditur. 118.
Noua reſponſio & uera, iuxta intellectũ traditũ ad L. fin. C. de fideicõ. & §. fin. Inſt. de fideicõ. hæred. 119.
Princeps et lex, iuris ſolennia in teſtamentis remittere poſſunt. 120.
Lex noſtra non habet locum in ſuperiore. 121.
Lex generaliter loquens quando contineat perſonas priuilegiatas, poſt Decium, Author diſtinguit. 122.
Decij defenſio à prædicta diſtinctione contra quoſdam. 123.
Statutum poſſe remittere ſolennia in teſtamentis condendis (ut apud Venetos, & alios populos) communiter Doct. tradunt. 124.
Contrarium plures tenuerunt, quorum ſententia iure magis probatur. (125.
Diſtinctio noua in ſupradicta diſputatione, quando ius Municipale uel conſuetudo, poſſit ſolennia iuris in teſtamentis remittere. 126.
Inferiores populi non poſſunt remittere ſolennia iuris: ideo iure canonico potuit teſtium numerus in teſtamentis diminui. 127.
Prædicta declarantur uera eſſe, niſi ſtatuentes rem reducerent ad ius gentium & antiquum. 128.
Statuentes etiam inferiores poſſunt conſtitutiones facere abſq; ſuperioris decreto, ſi res reducatur ad ius commune. 129.
An Alienigenæ contineantur ſi per ſtatutum iuris ſolennia in teſtamẽtis condendis remittantur. 130.
Intellectus, L. primæ C. de Emanc. libe. non probat id, ad quod ſolet adduci, licet Iaſ. conetur id docere. (131.
Imo optime probare communẽ Doct. ſententiam. 132.
Teſtari non eſt iuriſdictionis uoluntariæ. 133.
Hoc eſſe uerum quantum ad facultatem diſponendi, ſed non quo ad iuris ſolennia. 134.
Argumentum non eſt ualidum de ſtatuto & lege, ſeu conſuetudine ad teſtatorem, licet ut quibuſdam procedat. 135. 136.
Cautionem de utendo arbitrio boni uiri, per teſtatorem non poſſe remitti. 137.
Cautionem ſupradictam licet teſtator remittere non poſſit, hæres tamen poterit. 138.
Viufructuarius ſi abutatur, poteſt per proprietarium expelli. 132.
In re propria quilibet eſt moderator & arbiter 140
Noua Croti declaratio ad illud dictum, quilibet in re prropia eſt moderator & arbiter, etiam abutendo. 141.
Quando duæ rationes legis prohibitiuæ militant, licet una ceſſet, non tamen

tamen propterea ceſſat legis diſpoſitio. 142.
Cautio de utendo arbitrio boni uiri remitti debet domino donanti, reſeruanti ſibi uſumfructum. 143.
Ratio diuerſitatis, quare magis domino donanti reſeruanti remitti poſſit cautio, quam legatario. (144
Licet teſtator in remiſſione cautionis adponeret pœnam, non propterea hæres incideret in pœnam petendo. 145.
Pœnæ adiectio interdum firmat contractum principalem. 146.
Reſponſio ad textum in L. ſtipulatio iſta, §. alteri, de uerb. obliga. (147.
Remiſſio cautionis non ualeret, licet ſtipulatio, uel iuramentũ acceſſiſſet. 148.
Teſtator hodie poteſt prohibere Falcidiam, & rationes quare. 149. (150.
Croti ſententiam contra primam rationem à Bart. traditam, quare hodie prohiberi poſſit Falcidia, author reprobat. 151.
Defenſio Croti & aliorum non procedit. 152.
Iuriſcõſulti, uti Gentiles, nõ ita animã reſpiciebant, ſicut poſt Conſtantini conuerſionem. 153.
Reſponſio ad textum in d. auth. ſed cum teſtator. 154.
Quilibet renunciare poteſt fauori ſuo. 155.
Legata & fideicommiſſa hodie ualere etiam hæreditate non adita, in caſu §. ſi uero expreſſim, in Authen. de hæred. & Falcid. 156.
In cauſa pia ut non detrahitur Falcidia, ita quoq; ſeruabitur teſtatoris uoluntas, etiam hæreditate non adita. 157.
Fauor publicus uerſatur, quando de teſtatoris uolũtate ſuſtinenda agitur. 158.
An teſtator poſſit in teſtamento cauere ne hæres compellatur adire. (159.
Alexandri ſententiam, teſtatorem poſſe cauere hæredem compellendum eſſe adire hæreditatem. author tuetur. 160.
Legis diſpoſitio, ne poſſit prohiberi Falcidia per teſtatorem, principaliter fauore teſtatoris emanauit. (161.
Teſtator poteſt legatum purum conditionale efficere, & è contra. (162.
Tranſmiſſibile poteſt effici non tranſmiſſibile, & è contra. 163.
Teſtator furibus teſtamenti tenorem reſpicientibus derogare poteſt: ſecus ſi ſolennia continerent. 164.
Quilibet eſt in re propria moderator & arbiter: etiamſi quis abuteretur. (165.
Teſtator poteſt prohibere alienationem bonorum extra familiam, cum cauſa: alias ſecus. 166.
Teſtator, an poſſit prohibere filios ne bona diuidantur, & quando hoc præceptum ualeat. 167.
Argumentum ualidum eſt de contractibus ad ultimas uoluntates, quando eſt eadem ratio. 168.
Hæres adeundo hæreditatem, quaſi contrahere uidetur. 169.
Ratio quare pater non poſſit prohibere diuiſionem perpetuo, ab authore damnatur. 170
Communio ſolet inducere non ſolum diſcordias, uerumetiam negligentiam &c. 171. 172.
Ratio alia traditur, quare teſtator poſſit prohibere diuidere filios ad tempus, non autem perpetuo. 173. (174.
Teſtatoris præceptum de non diuidendis bonis perpetuo, etiam iuramento non firmatur. 175.
Procurator conſtitutus reuocari poterit, non obſtante, quod dominus conſtituens iurauerit non reuocare. (176.
Præceptum paternum cum iuramento, de non diuidendis bonis perpetuo ualere, author contra Doct. ſententiam adſerit. 177.

Iuramentum etiam in materia illicita ſeruandum eſt. 178.

Cauſa quæ directe inducit delictum, attendenda eſt. 179.

Conſilium ab authore traditum, ut non obſtante iuramento & præcepto paterno, filij poſſint diuidere bona. 180.

Prohibitio diuiſionis bonorū perpetuo, et uniuerſaliter nō ualet; ſecus ſi in particularibus, ut ſingulariter uoluit Roman. quod tamen non uidetur abſq; difficultate procedere. 181

Teſtator poteſt uxori relinquere ſub conditione, ſi uidua & caſte uixerit: ſecus ſi dictum ſit, ſi non nupſerit. 182.

Vxori legatum factum, ſi apud filios manſerit, quando defunctis filijs extinguatur. 183.

L. ſi quis ita hæres, de acqui. hære. & L. Actus legitimi, de reg. iu. nouiter author inter ſe pugnare animaduertit. 184.

Solutionem tradit ad prædicta iura. 185.

Dilatio ceſſare debet, ceſſante cauſa dilationis. 186.

Terminus ad reſpondendum poſitionibus & libello adſignatus Reo, ceſſat ſi prima die reſpōſum dederit. 187.

Limitantur prædicta, ſi dictiones aliquæ, quæ temporis extremitatem denotarent, adpoſitæ fuiſſent. 188.

L. 4. in fin. de condit. & demonſtr. quomodo legi debeat. 189.

Plura conceduntur tacitè, quæ expreſſe denegantur. 190.

Declaratio noua tradita ad regulam expreſſa nocent. 191

Fraus legi nullo modo facienda eſt. 192.

Regulæ: expreſſa nocent, non expreſſa non nocent declaratio. 193.

Teſtator poteſt diſponere relinquendo bona eccleſiæ ſub conditione, ut non poſſint alienari, etiam pro redemptione animarum. 194.

Propter æquitatem recedendum eſt à rigore iuris. 195.

Limitatio ad d. §. Diui, in L. filiusfamilias, de legat. 1. per §. ſanctiſſimas, in Authen. de non alienand. bonis, ab authore reprobatur. 196.

Duo ſpecialia ſimul eſſe non poſſunt. 197.

Prohibitio de non alienandis bonis relictis eccleſiæ abſq; cauſa non ualet, ut Ange. in ſuis reſponſis dicebat. 198.

Textus in d. §. ſanctiſſimas, emendatur. 199.

Expreſſio unius loci à lege, non eſt reſtringenda ad illum duntaxat locum. 200

Diſpoſitio, d. L. §. ſanctiſſimas non procedit de iure canonico, nouū dictum. 201

Bona relicta eccleſiæ, Chriſto relicta eſſe uidentur. 202.

Eccleſia poteſt alienare bona relicta, contra teſtatoris uoluntatem, urgente neceſſitate. 203.

Lex facilius concedit poteſtatem diſponendi de bonis acquirendis, quam de acquiſitis. 204.

Ius Municipale prohibens aliquem poſſe alienare abſq; ſolennitate, magis in bonis quæſitis, quam in quærendis procedit. 205

Quando lex certa eſt de uoluntate teſtatoris, tunc ceſſat. 206.

Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi. 207.

Ius accreſcendi prohiberi poteſt in legatis & fideicommiſſis particularibus. 208

Bartholi ſententia recepta, ut teſtator poſſit prohibere ius accreſcendi, non uidetur procedere. 209.

Intellectus. L. Quoties. §. ſi duo. de hæred. inſtituen. declaratur. 210.

Teſtator

Teſtator nō poteſt prohibere hodie detrahi Falcidiam. 211.
Trebellianicæ detractio uenit contra teſtatoris uoluntatem. 212.
Bartholi contrarietas, an diſpoſitio noua. §. ſi uero expreſſim, in Aut. de hæred. & Falci. trahatur ad trebellianicam. 213.
Sententiam communem eſſe ut teſtator æquo modo poſſit prohibere trebellianicam ſicut falcidiam, author probat. 214.
Quando duo ſunt æquiparata de iure antiquo, quod diſponitur in uno, cenſetur in alio diſpoſitum. 215.
Quando res reuertitur ad ius antiquū quod diſponitur in uno in alio cautum habetur, etiam in correctorijs. (216.
Sententia Bart. hic, ut non poſſit hodie teſtator prohibere, uerior demonſtratur. 217.
Ratio finalis præſumitur ex proemio legis uel iuris Municipalis. (218.
Reſponſio noua tradita ad d. L. Marcellus, infra ad trebell. & alia iura. (219.
Argumentum de uno caſu ad alium caſum, in correctorijs eſt ualidum, quando per uiam regulæ proceditur. 220.
Facile res reuertitur ad ius antiquum, ſiue per contrahentes, ſiue per ſtatuentes. 221.
Trebellianica non poteſt prohiberi per teſtatorem in filijs primi gradus. (222.
Contrarium in dicto articulo proximo dicitur. 223.
Lex generaliter loquens, non includit priuilegia incluſa corpori iuris. (224.
Limitatio L. Iubemus, C. ad Trebell. procedit, quando una quarta detrahitur, ſecus ſi plures. 225.
Contrarium eſſe uerum dicendum, ut ſupradicta limitatio ad d. L. iubemus non procedat. 226.
Iuri Municipali diſponenti teſtamentum non ualere abſq; inſinuatione, partes uel teſtato renunciare non poſſunt. 227.
Prædicta Bar. ſententia recepta, declarationem patitur. 228.
Donatio ultra ſummam a lege præfixam abſq; inſinuatione ualet ſi iuramentum acceſſerit. (229.
Quid ſit inſinuatio. 230.
Iuramentum ſemper ſeruandum eſt, niſi tendat in præiudicium alterius, & ſalutis animæ detrimentum. (231.
Bald. & plures alij dixerunt, donationem abſq; inſinuatione iuramenti robore non firmari. (232.
Receptiorem Doct. ſententiam in proxima quæſtione ueriorem eſſe comprobatur. 233.
Donatio inter uirum & uxorem iuramento firmatur. 234.
Renunciatio facta accedente iuramento per filiam hæreditati, non obſtat, quin a patre inſtitui poſſit. (235.
Communis ſententia tuetur, ut donatio abſq; inſinuatione iuramento firmetur: & ita author uidit iudicatum. 236.237.
Concordia Curtij ſenioris in proxima quæſtione reprobatur, retenta ſententia Iohan. Andr. 238.239.
Iuramentum habet uim ſpecialis expreſſionis, quando apponitur. (240.
Iuramentum continet clauſulam omni meliori modo. 241.
Iuramentū habet uim renunciationis omnibus iuribus, & alijs in renunciantis fauorem ſtatutis. 242.
Mulier & Minor iurantes ſuper aliquo actu, uidentur renunciare omnibus legibus & ſenatus conſultis in fauorem eorum ſancitis. 243.
Piæ cauſæ fauore donationes abſq; inſinuatione ualent. 244.
Donatio abſq; inſinuatione iuramento munita licet ualeat, tamen non procederet, ſi in alterius detrimentum tenderet. 245.

Donatio remuneratoria ualet abſq; inſinuatione. 246.
Donatio a Cæſare, uel a Principibus ſuperioribus, non autē inferioribus abſq; inſinuatione facta, ualet. (247.
Partes nō poſſunt renunciare legibus, uel ſolennibus a lege introductis. (248.
Intellectus c.tuis, extra de teſtib. 249.
Solennitatibus partes renunciare non poſſunt, ſiue publicam, ſiue priuatam reſpiciant utilitatem. 250.
Intellectus L. filio præterito, de iniuſ. rupt. teſta. 251.
Teſtator an poſſit prohibere tacitam hypothecam in bonis legatis. 252.
An teſtator poſſit prohibere, ne legatum tranſeat ipſo iure in legatarium. (253.
In omnibus caſibus teſtator poteſt derogare ſolennibus legis, pro uoluntate ipſius implenda inductis. 254.
Teſtator poteſt diſponere, ut legatarius propria authoritate poſſeſſionem rei legatæ ingrediatur. 255.
Licet ab omnibus recipiatur ſupradicta concluſio & non careat difficul. tamen tueri poteſt. 256.257.
Simulatus contractus eſt nullius momenti. 258.
Simulata donatio eſt depicta & colorata donatio. 259.
Simulatio nihil aliud eſt quam quædam imago, ueluti cadauer. 260.
Ex contractu ſimulato nulla naſcitur obligatio. 261.
Partes poſſunt opponere exceptionem ſimulationis, etiamſi renunciaſſent exceptioni ſimulationis. 262.
Prædicta pluribus rationibus tam per Bart. quam fere per omnes corroborantur. 263.
Poteſt eſſe actus nullus, & tamen competere exceptio nullitatis. 264.
Sicut prælatus non poteſt alienare bona Eccleſiaſtica, eadem ratione prohibetur compromittere. 265.
Iaſonis fundamenta contra communem ſententiam facile euitari poſſunt. 266.
Vt prælatus non poteſt alienare bona Eccleſiaſtica, neq; ita poteſt renunciare nullitatibus: excluſa Alexandri ſententia. 267.
Ius Municipale diſponens, ut nulla ſimulationis exceptio competere poſſit, non ualet. 268.
Ius Municipale non poteſt aliquid diſponere in caſibus, in quibus deficit conſenſus. 269.
Sicut partes poſſunt opponere de contractu ſimulato, non obſtante renunciatione: eodem modo ſi ſtatuto caueretur. 270.
Ius Municipale non poteſt diſponere uni duntaxat. 271.
Renunciatio exceptionis ſimulati actus, ita demum locum habet, ſi in continenti fiat: ſecus ſi ex interuallo (272.
Confirmatur prædicta declaratio. 273.
Simulatio an locum habeat accedente iuramento, doct. diſtinguunt. 274.
Verius eſt, ut quocunq; caſu partes opponere poſſint de ſimulatione, licet acceſſerit iuramentum. 275.
Iuramentum non poteſt conſiſtere ſuper actu qui nō eſt in rerum natura. (276.
Duo contraria ſimul eſſe non poſſunt. (277.
Reſponſiones ad omnia adducta in contrarium, circa iuramentum in ficto & ſimulato contractu appoſitum. 278.
Partes debent ſe liberare a periurio primo commiſſo: quod eſt notandum. 279.
Conſilium ut petatur abſolutio a iuramento, licet fuerit iniquum. 280.
Conſilium Croti non admodum tutū eſſe uidetur. 281.
Plures caſus enumerantur, in quibus poterit competere exceptio ſimulationis, accedente iuramento, doct. ſententia recepta, præſuppoſita. 282.
Simulatus contractus præſumitur ex coniecturis. 283.
Plures coniecturæ recenſentur. 284.
Prima, ſi uenditio facta ſit cū pacto de retrouendēdo, & exiguo precio. 285.

Secunda

Secunda ſi in poſſeſſione maneret uenditor. 286.
Tertia ſi in inſtrumento fieret mentio de numeratione pecuniæ. 287.
Quarta foret, ſi uenditor in reuendita faceret impenſas. 288.
Quinta eſſet coniectura notabilis, ſi uenditor pluribus uicibus præſente emptore, dixiſſet ſe eſſe dominum illorum bonorum uenditorum. (289.
Sexta coniectura, ſi in contractu emptionis non ſit nominatus, qui tamen numerauerit precium. 290.
Ea quæ dicuntur in præfationibus contractus, cenſentur repetita in ſequentibus. 291.
Generaliter præſumitur contractus ſimulatus, propter clauſulas inſolitas, & nimias cautelas. 292.
Ex renunciationibus inſolitis præſumitur Inſtrumentum ſuſpectum. (293.
Conſilium ad tollendam ſuſpicionem contractus ſimulati. 294.
Teſtator poteſt remittere confectionẽ inuentarij. 295.
Salyc. nõ ſimpliciter prædicta uera eſſe uolebat, ſed cum diſtinctione, quæ tamen rigoroſa iudicatur. (296.297.
Alijs rationibus poſſet Doct. ſententia damnari. 298.
Declaratio L. in confirmando, cum alijs. 299.
Regula Iuris, ut non debeat dari materia delinquendi, quomodo & quã do procedat. 300.
Alia declaratio tradita ad illam regulam L. conuenire, de pact. dota. (301.
Teſtator licet remiſerit confectionem inuentarij, tamen prætor poteſt inſpicere an pupillo expediat. 302.
An L. in confirmando & L. utilitatem locum habeat in omnibus caſibus. (303.
Remiſſio confectionis inuentarij facta tutori, non ſolum reſpicit interdum utilitatem tutorum, uerum etiam filiorum: ne eorum paupertas detegatur: imo ne eorum diuitiæ innotecant. 304 3
An teſtator remittere poſſit liberationem adminiſtratæ tutelæ. 306.
In liberatione relicta per teſtatorem, uel alios de adminiſtratione tutelæ, duo caſus principaliter excipiuntur: primus, ſi dolo aliquid perpetratum fuerit: ſecundus, de bonis retentis apud ipſum. (307.
An dolus commiſſus, uel bona retenta per tutorem, a teſtatore remitti poſſint. 308.
An teſtator remmittere poſſit tutoribus dolum futurum, controuerſia eſt inter Doct. 309.
Clariſſimus iuris Monarcha Dec. doct. dicta in prædictis, ad concordiam reducit. 310.
Conſilium authoris poſt Alberic. ut tutus ſit tutor de omni dolo præterito & futuro. 311.
Regula L. ſi unus. §. illud. de pact. & L. conuenire, de pact. dota. procedit in uero dolo: ſecus in lata culpa. (312.
Licet uenditio reſcindatur, ſi ultra dimidiam iuſti precij deceptus fuerit uenditor: ſi tamen illud donatum fuerit, ualidus erit contractus. (313.
Valida eſt conuentio, ut a ſententia arbitri licitum ſit appellare. 314.
Appellationi partes renunciare poſſunt. 315.
Appellationem partes poſſe deferere. (316.
In criminalibus, appellationi partes renunciare non poſſunt. 317.
Nemo eſt dominus membrorum ſuorum. 318.
Quilibet poteſt condemnatum poena capitis, defendere. 319.
Vt appellationi quis renunciare poſſit, neceſſe eſt ut ſit litis dominus uel procurator habens ſpeciale man datum cum libera. 320.
In caſibus, in quibus oritur actio hodie ex ſententia arbitri, locus erit appellationi abſq; ullo pacto. 322.

Iſta ſententia Bart. ab omnibus Iuriſconſultis ac ſacrorum Canonum interpretibus damnatur. 323.
Partes poſſunt appellare a ſententia arbitri, licet renunciauerint appellationi, quando eſſet enormis læſio. (324.
Sententia Bart. ab omnibus damnata in quibuſdam caſibus procedere poteſt. 325.
Noua declaratio ad L. diem. §. ſtari, de arbitr. 326.
Errat Bart. cum ſequacibus, dum d. L. cum antea, extendat ut actio ex ſententia arbitri naſcatur, quando dictũ eſt rato manente pacto. 327.
Somniat Bart. in L. ait prætor, de re iudic. dum uult, compromiſſum in huiuſmodi caſu habere uim duplicis compromiſſi. 328.
Si iuramentum adponeretur, extenderetur. d. L. cum ante: quod eſt nouum dictum. 329.
Si ex forma iuris Municipalis naſceretur actio ex ſententia arbitri, tunc daretur appellatio. 330.
Et ratio eſt quia tunc ſi ex forma ſtatuti partes compellerentur compromittere, eſſent Iudices delegati. 331.
Licet priuatus nõ poſſit tribuere iuriſdictionem, appellatio tamen competere poteſt ab illo, qui non habet iuriſdictionem. 332.
In caſibus, in quibus non oritur actio, proprie non competit appellatio. (333.
Quod iure communi non competat appellatio a ſententia arbitri, non procedit de iure Canonico. 334.
Communis Doct. ſententia defenditur. 335.
Sententia noſtra ad d. L. cum antea, optime probatur in c. ij. de Arbitr. quando accedit iuramentum. 336.
Renunciatio facto per filiam hæreditati paternæ non ualet: etiamſi iuramento munita fuerit. 337.
Diſtinctio, an & quando &, in quibus caſibus, partes renunciare poſſint iuri publico. 338.
An partes renunciare poſſint præſcriptioni. 339.
Sententia Bart. recipitur contra Dyn. (340.
Conſilium Bart. ad impediendum curſum temporis, ut dicatur toties quoties &c. licet receptum ſit, tamen iure non procedit. 341.
L. Sicut, quib. mod. uſuſfr. amit. quomodo procedat. 342.
Communis ſententia, ut pactum de retrouendendo præſcribatur ſpacio quadraginta annorum, iure non procedit. 343.
Ius Municipale diſponens, ut creditor amittat ius ſuum, ſi per decennium negligens fuerit ualidum eſſe, licet communiter recipitur: tamen uti iniquum non uidetur procedere, (344. 345.
Ius Canonicum omnino excludit malæ fidei poſſeſſorem & preualet iuri ciuili ubi de peccato agitur. (346. 347.
Intellectus Pomponij Iureconſulti in L. noſtra, & declaratio uera, quicquid doct. in contrarium dixerint. (348. 349.
Ars & natura nil fruſtra operari ſolent. (350.
Reſponſio ad Bart. intellectum quo ad exempla Iureconſ. 351.
Bart. & aliorum intellectus tuetur. (352.
Intellectus ad L. obligationum uerſ. placet, de actionib. & obligat. 353.

FINIS.

L. NEMO POTEST de Lega. et fidei com. j.

POMPONIVS.

Nemo poteſt in Teſtamento ſuo cauere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant, quia nec tempore, aut loco, aut conditione finiri obligatio hæredis legatorum nomine poteſt.

ISTA L. Subtilem & quotidianam Legatorum materiam continet, ut nec opus habeat commendatione: ipſa ſe enim commendat, ut dicit Iuriſconſultus in L. prima: de in integ. reſt.

Pro intellectu autem eius & totius Tituli præmitto. Primo, Quid ſit Legatum, Secundo, Quid ſignificet uerbum iſtud Lego. Tertio, Quomodo Legatum diſtinguatur à fideicommiſſo & è contra. Et quæ ſint differentiæ inter Legata & fideicommiſſa.

Quoad Primum. † Triplex reperitur Definitio, Vna fuit Floren-
tini Iuriſconſulti, ut patet in L. Legatum. 1. eodem titulo. Secun- 1.
da fuit Modeſtini, ut in L. Legatum 1. tit. proximo. Tertia fuit Im-
peratoris, ut in Inſti. cod. §. 1. quæ conuenit cum definitione Modeſtini.
† Definitio uero Iuriſcon. Florẽtini omnind diſſentit à Modeſtini defini- 2.
tione. Dicebat enim Florentinus. Legatum eſt delibatio Hæreditatis,
prout in noſtris Codicibus legitur, et ita habetur in pandectis Florentinis,
dum aliqui uolunt, ut legatur tex. Legatum eſt deliberatio &c. Prout non-
nulli recentiores adſerunt, & hoc etiam ſentit Accurſius ibi. Tamen non
recedendum eſt, ut textus legatur, Legatum eſt delibatio. Definitio Flo-
rentini à Doct. hic, reijcitur, ex pluribus rationibus, Quia Legata etiam ua-
lent extra hæreditatem, cum res hæredis & aliena legari poſſit. §. Si res pro-
pria. Inſti. eod. & in L. cum alienam C. eod. tit. Secundo, Quia legata poſ-
ſunt relinqui ab Inteſtato. §. 1. Inſti. de Codicil. Licet ab hac ſaluari poſſet:
Quia loquitur ipſe Iure antiquo. Quo caſu Legata relinqui non poterant
extra Teſtamentum. §. præterea. Inſti. de fideicommiſſ. hæredi. Reijcitur
etiam urgente ratione iſta Definitio, quia hoc modo definiendo, non eſſet

definire rem ſecundum eſſentiam rei definitæ, ſed potius ponere executionē rei. Quod eſſe non debet in definitione, prout Bart. & omnes Doct. dicūt,
3. & ibi diximus in L. 1. de acq. poſſeſſ. circa definitionē poſſeſſionis. † Videdū ergo erit ſecūdo loco de definitione Modeſtini. Qui definit ſic. Legatū eſt donatio quædam Teſtamento relicta. Iſta definitio magis recipitur à Doct. & hoc idem adprobauit Imperator in d. §. 1. Inſti. eod. Tamen iſta definitio non uidetur etiam bona, & uix ſuſtineri poteſt. Et contra eam pluribus modis hic per Doct. opponitur. Inprimis in quantū dicit Iuriſcōſul. Quod Legatum ſit donatio. Hinc donatio dicitur eſſe illa, quando aliquis nullo Iure cogente donat. L. donari, de donat. & L. donari de reg. Iu. Sed Legata debentur ex meritis. L. Nec adiecit, pro Socio. Ergo quando quis legat, non dicitur exercere liberalitatem, & ſic donationē. Sed huic oppoſitioni poſſet quis reſpondere, ad illa Iura, nullo Iure cogente &c. Nam quando quis legat, licet uideatur legare contemplatione meritorum, tamen eſt mera liberalitas. Quia merita non inducunt aliquam obligationem, ex qua quis compelli poſſit: naſcitur duntaxat obligatio quædam, quæ nō ſolet parere effectum Iuris, prout dicit Bart. & Doct. omnes in L. ex hoc Iure, de Inſt. & Iu. Secundo contra hanc definitionem opponitur. Conceditur pignoris remiſſio, ut in L. 1. de libera. Lega & tamen non dicitur Donatio. Contra hanc definitionem urget id, quod Iuriſconſul. dicit in L. alienatā §. donationis, de uerb. ſignifica, ubi donationis uerbo ſimpliciter omnis donatio continetur, ſiue ſit donatio cauſa mortis, ſiue inter uiuos. Ibi nullum uerbū de legato, & ibi ſumus in titulo de ſignificatione & proprietate uerborū. Hoc idem apparet per Imperator. in Iuſti. de Donat. cau. mort. dum textus dicit. Duo ſunt genera Donationum, & nullum uerbum de legato. Ergo malè diceret Imperator, ſi Legatum eſſet donatio, quia triplex eſſet Donatio, & ſic mendax eſſet Imperator: quod non eſt dicendum.

Item contra hanc Modeſtini Definitionem opponitur. Nam ſi Donatio cauſā mortis nō dicitur propriè & abſolutè Donatio, ut Paulus uoluit in L. Senatus, §. 1. de Dona. Quāto magis Legatū nō debet dici Donatio, cum nomine & re diſtinguatur à Donatione, & Nominum diuerſitas diuerſitatem rei denotet. L. Si idem C. de Codicill. Ad omnia iſta obiecta Doct. hic reſpondebant. Quod Iuriſcon. Modeſtinus & Imperator non abſq; miſterio poſuerunt notam quandam, quæ deſignare uidetur quandam improprietatem, ut Philoſophus probat in primo Phyſicorum, et Iuriſconſul. in L. ut uim. de Iuſt. & Iu. Nam Modeſtinus & Imperator definientes Legatum, dixerunt: Legatum eſt Donatio quædam. Iſta reſponſio tuta eſſet ſi iſta uerba uerè addita fuiſſent. Sed in pandectis Florentinis nullo modo reperiuntur, minus etiā per Theophilum, propterea huiuſmodi uerba nō ſunt tenēda, ex quo pandectę Florentinæ cōueniunt cum Theophilo, & ſi Iuriſconſul. non dicit, minus Imperator, propterea alio modo reſpondendum erit, prout ego infra dicam.

Ad ſecundam etiam partem Definitionis. Quando dicitur in Teſtamento relicta opponitur. Nam & in Codicill. poſſunt Legata relinqui. §.

præterea. Inſti. de fideicom. Hæred. Sed ad hoc reſpondert poteſt, quod Codicillus largè dicitur Teſtamentum: quia eſt Teſtatio mentis, ut Doct. latè dicunt in Rubrica ſupra eod. Et propterea Theophilus unà cum Iuſtiniano in Definitione dixerūt A de functo relicta, & ſic alio modo cuitatur contrarium.

4. † Quantum uerò ad definitionem Imperatoris ibi, ab hærede præſtanda, plura opponunt Doct. Primo. Quia à Teſtatore præſtatur Legatum, ut in L. Lucius, infra eod. tit. Secundo, glo. & alij in L. 1. ſupra eod. fatebantur contrarium iſtud: dicentes, interdum hoc contingere. Ioann. Fabri in §. 1. aliter reſpondebat, Quod iſto caſu Teſtator ſoluit, uti gerens actum, non uti Teſtator. Quod eſt contra illum textū. Melius eſſet dicere, quod licet teſtator ſoluat, tamē hoc ex accidēti uenit. Debemus igitur cōſiderare actum, ab initio geſtum. Nam Teſtator relinquendo Legatum uoluit ab hærede præſtari, licet ipſemet ſoluerit, Sed tamen reſponderi poſſet, quod hoc modo Definitio poneret quid accidentale, quod non eſt dicendum, ut Doct. in L. 1. de acqui. poſſeſſ. Secundo opponitur, quod interdum ſoluitur ab eo, qui non eſt hæres, L. filius familias, ad Leg. Falcid. Ad hæc Aretin. in L. Qui in poteſtate, ſupra de Teſtam, reſpōdebat, Quod ibi ordine intellectus conſiderabatur Hęreditas, quod probatur in fine. Secundo, quod ibi ſpeciale eſt. Melior eſt prima ſolutio. Tertio opponitur. Quod à Legatorio poteſt relinqui, & ab ipſo præſtari per fide. commiſſum. L. ab eo. C. de fideicom. Item interdū Donatio cauſa mortis præſtatur ab hærede. L. inter mortis, de donat. cau. mor. in fine. Et tamē donatio cauſa mortis nō eſt Legatū. Et propterea ad tollēdas iſtas obiectiones & ſimiles: reſpondeo, quod iſta uerba (ab hærede præſtanda) nō debent eſſe in textu. Neſciunt Doct. à quibus adpoſita fuerunt, in uetuſtiſſimis Codicibus non reperiuntur, & Azo & alij in ſuis libris non habuerunt. Quod probatur ex Theophilo, qui non adpoſuit talia uerba, minus ergò Iuriſcon. Fuerunt autem appoſita ad tollendas oppoſitiones, ſed maiores introduxerunt. † Legati ergo definitio pura & ſimplex Modeſtini & Imperatoris eſt, quod dicatur Legatum eſt Donatio in Teſtamento. Verbum Donatio ibi accipitur pro lucro, commodo, & utilitate, quæ merè uerſatur in Legato. Quo caſu dicitur Donatio, quantum ad effectum: nam Legatum merè eſt lucrum, ut L. Si hæreditatem Mandati, quia Legatarius nō tenetur ad onera hæreditaria, nullum damnum patitur Legatarius, ſed merum commodum. Hinc eſt, quòd etiam hæres inſtitutus in re aliqua particulari, ut prædio, habetur loco Legatarij, nec tenetur ad onera hæreditaria, ſed merum lucrū conſequitur, ut in L. Quoties, C. de hæred. inſtituen. & ibi Doct. † Et ex hac definitione Legati infertur ad Quæſtionē, ſi Teſtator in ſuo Teſtamento dixerit. Dono Titio centū præſenti & acceptanti. An hoc caſu ſit Donatio uel Legatum? In hac Quæſtione duæ fuerunt ſententiæ. Ioan. Fabri in d. §. 1. uoluit eſſe Legatum cum legatum dicatur eſſe quædam donatio, ut patet in definitione ſecundum illorum Codices. Item mouebatur. Quia uerba intelligenda ſunt ſecundum ſubiectam 5. 6.

materiam, L. Inſulam, de præſcript. uerb. L. Si uno in princ. ff. Loca. Con-
trarium ibi uoluit Aretin. Donationem eſſe inter uiuos, & non eſſe extra-
neum & alienum, ut interdum contractus immiſceri poſsit in ultima uo-
luntate, ut glo, & Doct. in L. hæredes palam, de Teſtamen. Et hanc ſenten-
tiam uoluit Romanus ueram eſſe in conſ. 152. Pro deciſione Quæſtionis.
Et hanc ſententiam ſequuntur recentiores Bononienſes ſupra in Rubri.
ex pluribus medijs, de quibus hic per eos. Et primo uerba Teſtatoris ſim-
pliciter prolata, debent ſimpliciter intelligi. Sed Legatum non eſt propriè
Donatio. Ergo illud uerbum dono intelligi debet ſecundum propriam
7. naturam. † Item uerba ſemper debent intelligi propriè, & in iſtis termi-
nis bonum textum adducunt, in L. Si filius familias. §. meminiſſe, de Do-
natio. ubi ſi fuerit factum mandatum alicui, ut poſsit donare duntaxat li-
centia conceſſa, uidetur ut donare poſsit inter uiuos: non autem cauſa
mortis. Facit tex. in L. non ſolum. §. 1. de uſucap. ut ſi loco tibi rem, ut re-
tineas precario, cenſetur contractus precarij, & non Locationis. Quia con-
tractus precarij eſt plenior. Sic ergo uerbum Dono, ſi retinet propriam
8. ſignificationẽ, pleniorẽ habebit interpretationem. † Facit etiam, Quia à
uerborũ proprietate recedere nõ debem⁹. L. nõ aliter L. Ille aut ille. §. Cũ
in uerbis infra tit. 2. Crotus hic tenebat ſententiã Ioann. Fabri. Sed me-
lior uidetur ſententia Ange. Pro qua facit. Nam ex quo uerbum iſtud
Dono, eſt adpoſitum in ultima uoluntate, debet retinere propriam ſigni-
ficationem. Quia ſi Teſtator legare uoluiſſet, utiq; potuiſſet uti uerbo
Lego: quod non fecit. Et pro hac ſententia mihi uidetur gloſ. eſſe in
terminis, in d. L. Hæredes palam, in uerbo alienum, in fine, dum gloſ.
quærendo, dicit: Quid ſi in Teſtamento Teſtator dicat uendo uel, do-
no. An dicatur Teſtamentum factum uno eodemq; contextu, & ille
actus iudicetur extraneus? Glo. Reſpondendo dicit, ualere uenditionẽ. Li-
cet non dicat de donatione, tamen idem ſentit gloſ. Et ſic adparet per
gloſ. illam, Quod ſi in Teſtamento dicatur Dono, quod ualet Dona-
9. tio. Hoc modo Ange. habet pro ſe autoritatem gloſ. † In hoc articulo
alias dicebam in d. Rub. ſupra eodem, non eſſe Legatum, neq; Donatio-
nem inter uiuos, ſed quid mixtum, ſcilicet Donationem cauſa mortis. Et
hoc caſu uerba retinent propriam aliquo modo ſignificationem. Nam
Donatio cauſa mortis participat de contractu, & de ultima uoluntate.
Eſt quid Mixtum, prout latè Doct. dicunt, & ibi diximus in l. 2. ſupra
eodem. Et iſtud uerbum adpoſitum, Dono, ſecundum ſubiectam mate-
riã debet intelligi de Donatione cauſa mortis: ex quo Teſtator cogitatione
mortis faciebat Teſtamentum. Et pro hac ſententia uidetur eſſe caſus in
L. Seia. §. fina. de Donatione cauſa mortis, ubi uerbum Dono in Te-
ſtamento ſimpliciter prolatum, non importat Donationem abſolu-
tam, niſi hoc clarè ex alijs colligatur. Et ibi Iuriſconſultus uoluit, Do-
nationem eſſe tantum illo caſu, quia expreſſè hoc adparebat propter qua-
litates adpoſitas. Ergo ceſſantibus coniecturis, dubia lex interpretatur pro
donatione cauſa mortis.

† Succeſsiuè

† Succeſſiuè quærunt etiam Doct. hic recentiores, Quid ſi Teſtator in Teſtamento dixiſſet, Lego & Dono Titio &c. An debeat eſſe Legatũ uel donatio? Crotus hic, qui mouebat hanc quæſtionem, dicebat prima facie dicendũ fuiſſe, ut uerbum dono, uti potentius, deberet trahere ad ſe uerbum lego. Bart. in L. ſi quis ante de acqui. poſſeſſ. Contrarium tamen decidit, per huiuſmodi uerba, conceſſam eſſe magis electionẽ quandam, an uellet accipere uti donationem uel legatum. per L. ſi Titio, 1. de Vſufr. lega: ubi ſi lego titio fundum, & eius fundi uſum fructũ, inducitur electio. an uelim fundum id eſt, proprietatem uel uſum fructum. Adducit textum in L. rem ſanè §. ſi Titius, infra ad Trebel. ubi ſi relicta fuerit hæreditas ſubſtituto, uulgariter, & per fideicommiſſum in poteſtate eius eſt agnoſcere ex ſubſtitutione uulgari, uel fideicommiſſaria, Bart. in L. Centurio, nu. 28. & Doct. de uulga & pupilla. ut ſi teſtator dixerit, in ſubſtitutione, uulgariter, pupillariter, breuiloquè, & per fideicommiſſum, quæ clauſulæ ab imperitis Notarijs ad ponuntur, ſi non conueniunt, tunc ſubſtitutus habet electionem eligendæ ſubſtitutionis uulgaris, uel pupillaris. 10.

† Placet mihi ſententia Portuga. reiecta ſententia Croti, ut iſto caſu ſit merè legatum, & non donatio neq; competat electio, ſed unica ſpecies introducta ſit. Primò facit ſecundum ipſos, Cum in huiuſmodi diſpoſitione adpoſitum fuerit generale & ſpeciale, ſpeciale debet ad ſe trahere generale, Bart. in L. ſed ſi adijciatur, pro ſocio, accedit tex. in L. doli clauſula. & ibi Doct. de uer. obl. Sed uerbum dono eſt generale tam ad donationem cauſa mortis, quàm inter uiuos & ad legatum, ut patet in definitione legati, Ergo &c. Secundo facit, Quia iſta uerba inter ſe aduerſari uidentur, Nam uerbum dono, ut dictum eſt, ſignificat donationem abſolutam. d. L. ſenatus §. 1. Vt igitur reconcilientur, ex poni debent ſimul, id eſt: do & lego. Facit etiam, cũ uerbum lego præcedat in diſpoſitione teſtatoris, debet ergo iudicari diſpoſitio uti legatum, & non donatio, ut in ſimili uoluit Iuriſconſul. in L. 1. §. idem pomponius, Mandati, & etiam facit. Quia uerba ſemper debent intelligi ſecundum ſubiectam materiã. d. L. ſi uno, in princ. Ergo iudicanda erit diſpoſitio uti legatum, & etiam ex ſupradicta definitione legati. 11.

† Alias nouiter inferebam ad quæſtionem iuris municipalis diſponentis, Mulierem habentem filios, non poſſe extraneis donare, an locum habeat in legato? & prima facie uidetur, ut debeat habere locũ, quia eadem ratio & mens habetur ſtatuentium. Nam ſtatuentes conſiderauerunt debilitatẽ ſexus & fauorẽ filiorũ, ne præiudicetur filijs. † Contrarium eſt, ut huiuſmodi ſtatutũ nõ extendatur ad legatum. Primo, quia ſtatuta propriè interpretãda ſunt. L. 3. §. hæc uerba, & ibi Bar. & Doct. de nego. geſt. Bart. in L. 1. §. hoc interdictũ, de fonte. Sed legatũ nõ eſt ꝓpriè donatio, ut ſupra, Ergo &c. Secũdo ſtatutũ loquitur de contractibus, ergo nõ debet extẽdi ad ultimas uoluntates, L. contraxerunt, de reg. Iur. Optimè facit dictum Bart. in ſpecie in L. 1. in princ. de donat. ut ſtatutum loquens in donatione non habeat locum in donatione Remuneratoria. Quia non eſt ſimplex donatio, & ſtatuta propriè interpretantur. Dictum Bart. optimè facit, & 12. 13.

comprobatur. Legatum eſt ultima uoluntas ideo non debemus interpretari, ut auferatur libera facultas diſponendi L. 1. C. de Sacroſ. Eccl. L. Non uſq; adeo, ſi quis à paren. fuer. manumiſſ.

14. † Facit, quod uoluit Decius in conſi. 196. incip. caſu propoſito, nu. ij. lib. 1. Quod Ius municipale prohibens maritũ legare uxori ultra quartam, non habeat locum in donatione cauſa mortis.

15. Venio ad ſecundum. † Sciendum eſt, uerbum lego, ſeu legatum, pluribus modis accipi. Interdum ſtricte, late, latius, & latiſſime, primo caſu, quando iſtud uerbum refertur ad rem particularem, ut lego tibi domum, tunc ſeparatum eſt à quacunq; ſpecie contractus & ultimæ uoluntatis, neq; fideicommiſſum, neq; donationem cauſa mortis, uel inter uiuos continet. Et ſic accipitur in Rrubrica noſtra, de legatis, Nam copula &, ſolet poni inter diuerſa, per nota. in Rubrica, de Iu. & fac. igno. Secundo caſu, quando illud quod ſcriptum eſt in legato, adijcitur fideicommiſſo & contra, ut L. ij. C. communia de legat. Tertio caſu, Ius continet & fideicommiſſa, & donationem cauſa mortis, ut in L. & fideicommiſſa. Infra titulo ij. latiſſime conſideratur. Quarto quando continet quancumq; ſpeciem ultimarum uoluntatum, ut in L. uerbis legis, de uerb. ſig.

16. † Hinc infertur, an uerbum lego relatũ ad uniuerſitatem bonorum, importet hæredis inſtitutionem: ut ſi Teſtator dixerit lego tibi omnia bona mea. An dicatur Inſtitutio uniuerſalis, an legatum: Hanc quæſtionem tangit Bart. in d. L. Centurio, & concludit, quod uerbum lego etiam uniuerſitati relatum, non trahatur ad hæredis inſtitutionem, primo per L. mulier §. fina. ad Trebellianum L. cum ex filio in princ. de uulga. & pupilla. Sed tenendo contrarium, prout plures tenent, reſpondetur ad iſta iura. Quod illa Iura loquuntur extra terminos noſtræ quæſtionis.

17. † Tertio inducebat textum in d. L. uerbis legis, de uerborum ſignificatione, dum ibi Iureconſ. dicit, quod licet uerbum lego tempore legis duodecim tabularum haberet latiſſimam ſignificationem, ut etiam contineret hæredis inſtitutionem, Legata, & fideicommiſſa, tamen interpretatione & autoritate principum coanguſtatum eſt, ergo adparet hodie non poſſe trahi ad hæredis inſtitutionem. Alexan. in d. L. Centurio, & in L. 1. Supra eod. reſpondet, quod iſtam ſententiam non probat ille tex. ſecundum Bart. Nam ibi textus non dicit reſtrictam eſſe poteſtatem uerbi lego, quantum ad poteſtatem ſignificandi, ſed ſolum quo ad poteſtatem diſponendi, licet Iure antiquo cuilibet liberum erat diſponere de re ſua, tamẽ hodie non ita liberè Teſtator diſponere poteſt, in quibuſdam enim caſibus eius diſpoſitio reſtringitur. Nam hodie pater compellitur quartam relinquere filio. Item tenetur relinquere titulo Inſtitutionis, ut in §. aliud quoq; capitulum, in Auth. ut cum de Appella. cognoſci. Item prius unuſquiſq; poterat legare ad eius libitum, hodie detrahitur falcidia, ut Inſt. de lege falcidia. Item hodie detrahitur, quarta Trebellianica,

Trebellianica, ut Inſt. ad ſenatuſcon. Trebellian: Et plures alios caſus ſimiles ultra Alexand. quis conſiderare poſſet. Mouebatur etiam Bart. quod communis uſus loquendi habet ut diuerſa ſint legare & hæredem inſtituere, Ideo attendendus eſt textus in L. liberorũ. §. quod tamen Caſſius infra eod. Ad hoc etiã reſponderi poteſt, quod in iſto caſu communis loquendi uſus non eſt in contrarium. Imò quando teſtator relinquit omnia bona ſua, nullã facit differẽtiã uulg⁹, differentia eſt in rebus particularibus, In hoc errauit Bar. Contrariũ plures tenuerũt. Bal. in L. fina. C. familiæ Herci. Alexan. in d. L. Centur. & L. 1. ſup̃ eod. Card. Panormi, & plures CC. hoc idem tenent in c. Raynaldus ex. de Teſta. & Alexan. in prædictis locis dicit hanc ſenten. ueriorẽ eſſe in puncto Iuris. Et plures alij hodie ſequuntur adeò q̃d iſte articulus eſt difficilis. Pro affirmatiua ſenten. eſt tex. in d. L. uerbis legis, alio modo inducendo q̃ Bar. uidelicet tenendo ſenten. Alexan. & aliorũ quod ſignificatio uerbi lego, ſit hodiè reſtricta, quantũ ad poteſtatẽ diſponendi, Sed iſte non eſt genuinus ſenſus, prout ego infrà dicam. Secundo adducunt autoritatem gl. in L. his uerbis, in princ. de hæred. inſtituen. ubi uerbum relinquo Vniuerſitati adiectum, trahitur ad hæredis inſtitutionem, eodem modo ergo dicendum eſt in uerbo lego, & licet tenentes contrar.ũ reſpondeant, quod iſta uerba ſint diuerſa, tamen ſi quis benè reſpiciat mentem Accurſij, eadem ratio militat in utroq; uerbo.

† Tertiò adducunt textum in c. Raynaldus extra de Teſta. ubi teſtator condebat Teſtamentum, ibiq; uſus eſt uerbo legauit, & tamen infrà tex. adpellat hæredes. Ergo adparet uerbum lego, trahi ad hæredis inſtitutionem, alias malè diceret ibi textus, qui plurimum urget pro hac ſententia. Tenentes tamẽ contrariũ pluribus modis reſpondent, Primò, prout Alex: & alij ante ipſum, quod ibi ſunt uerba legislatoris, non teſtatoris, ideo non debet ex illis uerbis argui, ex quo ſunt uerba enunciatiua, à quibus nõ eſt arguendum, per nota: in L. filiũ quem, C. famil. Hericſ. Sed defendendo hanc partẽ, reſpondetur, quod licet ſint uerba Pontificis, tamẽ relata ſnut per ipſũ in perſona teſtatoris, Itẽ reſpondet, quod licet tex. ibi utatur uerbo legauit, tamẽ debem⁹ præſupponere factã fuiſſe inſtitutionẽ, ex q̃ in plurimis locis appellauit hæredes. Confirmo hoc quia hæredis inſtitutio eſt caput teſta. §. ante hæredis Inſt. eod. Sed reſponderi poſſet, quod iſtud neceſſariò non ſequitur, quia hoc uenit ex interpretatione facta per legislatorem, & hoc uidetur uerius. Ideo quidã alij reſpondebant aliter, quod ille tex. loquatur de æquitate Iuris Canonici, ſecus uerò de Iure Ciuili, & ita Hoſtienſis ibi, et alij Canoniſtæ dicunt, et Alex: in L. inter cætera. de libe. et poſt. dicit communẽ eſſe ſentẽ. ut differentia ſit inter Ius Canonicũ et Ciuile. Sed iſta reſponſio nõ mihi ſatis facit, quia in illo textu nullo modo colligi poteſt, pontificẽ conſtituere uoluiſſe differentiã inter Ius Canonicũ & Ciuile, alias illud dixiſſet, argumento L. unicæ. §. ſin autẽ C. de cadu. tollen. quoties enim pontifex uult conſtituere differentiã toties expreſſe eam conſtituit, ut in c. cũ contingat, de Iureiu. & in c. licet mulieres, eo. tit. lib. 6. c. quamuis de pact. in 6. c. filius ex. de teſta. c. literis, de Reſt. ſpoliato. & in plurib⁹ alijs locis, & ꝑpterea ſuccedit nobis regula, q̃d nõ debeat conſtitui differ. inter Ius canonicũ et ciuile ut adparet in L. 18.

L. 1. el ij. de ope. no. nuncia. ubi dicit textus. Sacri Canones non dedignantur imitari ius ciuile, facit uulgata regula quod Iura Iuribus ſunt reconcilianda c. cum expediat, de Elect. in 6. L. unica C. de inoff. dot. & hoc in ſpecie uoluit Alexan. ſibi contrarius conſulendo in conſ. cxij. lib. iij & Iaſon. in auth. Nouiſſima C. de inoff. Teſtam. col. 5. uerſ. an autem, dicit hanc eſſe magis communem ſententiam. Poſſet etiam reſponderi ad iſtum textum, quod ibi uerbum legauit, non eſt poſitum ſicut loquitur quæſtio noſtra quia uerbum legauit reſpicit diuerſas perſonas, ergo non reſpiciebat uniuerſitatem uerborũ. Quarto loco adducebat L. filiu: §. ſed ſi portio. infra de lega. præſtan. L. 1. eod. ſed ille textus non meretur adduci, cum nihil probet. Nam licet ibi diſpoſitio loquens de legaris, trahatur ad diſpoſitionẽ loquentem de hæreditate, non tamen colligitur, quod uerbum (Lego) habeat hanc ſignificationem. Item diuerſa ratio eſt de legatis ad hæreditatem arguere.

19. † In hoc difficilimo articulo præceptor meus D. Soccin. Iunior in d. Rub. dicebat diſtinguendum eſſe, & ſic reconſiliari poſſe iſtas ſententias, quod iſta quæſtio penderet ex Teſtatoris uoluntate, & ubi adpareret de uoluntate teſtatoris, tunc uerbũ (Lego) trahi deberet ad hæredis inſtitutionem.
20. † Nam dicebat ipſe regulam eſſe, ut uoluntas teſtatoris ſemper inſpicienda ſit, remota omni uerborum ſignificatione. L. 3. C. de lib. præter. L. cum uirum C. de fideicommiſ. L. in conditionibus primum locum, infra. de condit. & demnonſt. ubi I. C. dicit, uoluntas teſtatoris regit & gubernat diſpoſitionẽ. Et ſingulariter dicebat Bal. in L. pen. C. de neceſ. ſer. hær. inſtituen. q̃d debemus ſectari uoluntatem teſtatoris, ſicut Venator ſectatur leporẽ. Sic in propoſito dicebat, quod quando uerbũ (Lego) relatũ eſt ad uniuerſitatẽ bonorũ, & teſtator nullũ adiecit hæredẽ, nec teſtator aliquid ſibi reſeruauit, tunc debemus ex uolũtate teſtatoris trahere hãc diſpoſitionẽ factam per uerbũ (Lego) ad hæredis inſtitutionem. Si uerò non conſtaret de uoluntate teſtatoris, utputa quia legauit portionem bonorum uel integra omnia bona, aliquibus tamen rebus reſeruatis, & tunc uerbum (Lego) non trahatur ad hæredis inſtitutionem. Hoc modo procedunt dicta doct. pro utraq; parte. Iſta diſtinctio præceptoris mei licet uideatur prima fronte probabilis, non tamen poteſt procedere aliquo pacto. Primo eſt præter mentem quæſtionis noſtræ, Nam Doct. tam pro parte affirmatiua, quam negatiua loquuntur, quando teſtator legaſſet omnia bona ſua, nulla facta reſeruatione bonorum. Secundo non procedit iſta diſtinctio, quia præſupponit teſtatorem poſſe concedere latam ſignificationẽ uerbi (Lego) dum dicit, ſi ex uoluntate teſtatoris conſtat. Hoc eſt falſum & inpoſſibile, quod hoc ſit in arbitrio teſtatoris. Nam interpretes legum omnino reſtrinxerũt uirtutem iſtius uerbi (Lego) ut nõ haberet eandem poteſtatẽ ſignificandi quam olim habuerit, ut Pomponius expreſſe dicit, in d. L. his uerbis. ſi ergo lex uirtutem reſtrinxit, quomodo priuatus homo poteſt aliquid diſponere contra leges, ut expreſſe dicit L. noſtra. Nemo poteſt facere. Nam lex interpretatione diſtinxit legata ab hæredis inſtitutione, & nouam formam introduxit, ut hæredis inſtitutio fiat ſolennibus uerbis. uidelicet, hæres eſto.

Dominus

eſto, ut patet in L. 1, in princ. in L. his uerbis in prin. ſupra de hæred. inſtitu. Ergo non poteſt Teſtator recedere à forma Iuris. † Propterea alio modo alias diſtinguendo iſtum articulum dicebam. Aut uerbum Lego conſideratur quo ad uirtutem interpretatiuam, aut quo ad uirtutem extenſiuam. Primo caſu, impoſsibile eſt, ut diximus, uerbum lego quocunque modo, prolatum trahi poſſe ad inſtitutionẽ hæredis, quia eius uirtus reſtricta eſt. Vt dicit Iureconſ. in d. L. his uerbis. Neque procedit ſenſus Alexan. & aliorũ, quòd ille textus ſignificet reſtrictionem, quoad poteſtatem diſponendi, ut ſupra diximus. Imò Iureconſ. loquitur de uirtute interpretatiua, prout ibi expreſſè dicit, interpretatione Legũ. Et quod Iureconſ. loquatur hoc modo, arguitur ultra uerba legis, ex Titulo, in quo ſita eſt illa lex. Nã ſumus in titulo de uerb. ſignifica. in quo diſputatur de proprietate uocabulorum, nõ de poteſtate diſponendi. Ideo ut illa lex faciat ſecũdum ſubiectum titulum, prout natura tituli ſuadet, L. Imperatores, de in diem à de intelligi debet de interpretatione, & non de poteſtate diſponendi. Si uerò conſideratur uerbum Lego, quoad uirtutem extenſiuam, & tunc licet uerbum Lego relatum uniuerſitati, hoc non poſsit ſecundum uirtutem interpretatiuam, poteſt tamen ex uirtute extenſiua: uidelicet, cum conſtat de uoluntate Teſtatoris, illum omninò uelle ſuccedere in uniuerſum Ius omnium bonorum: quod tunc trahatur ad hæredis inſtitutionem extenſiuè. Sciendum uero eſt, quod duplex eſt uirtus. Vna Extenſiua, altera Interpretatiua. Et licet quandoque Interpretatiua non habeat locũ, habet tamen extenſiua, ut ſingulariter, & notabiliter uoluit Bart. in L. omnes. Populi in, 6. quæſt. principali, de Iuſt. & Iu. per textum in L. Si ita ſtipulatus fuero, iuncta L. quicquid adſtringendæ, de uerb. oblig. ubi licet ſtipulatio uti contractus ſtricti Iuris, non recipiat extenſionem interpretatiuam, d. L. Quicquid adſtringendæ: retinet tamen uirtutem extenſiuam, ut in d. L. ſi ita ſtipulatus. Et hoc modo planè & clarè conſtat Doct. poſſe ſic reconciliari. 21.

† Ex ſupradictis in proxima Quæſtione, inferri poteſt ad Quæſtionem Iuris Municipalis in urbe Vetani, prohibentis Maritum non poſſe legare Vxori ultra certum quid fauore filiorum. An huiuſmodi ſtatutũ extendatur ad hæredis inſtitutionem? Hanc quæſtionem in ſpecie ponit Corn. in Conſ. clxxxv, aliquandiu, lib. 1. ubi uoluit, huiuſmodi ſtatutum non recipere extenſionem. Et pluribus mouetur. Primo, per dicta Bart. in d. L. Centurio, quod uerbum lego non trahatur ad hæredis inſtitutionem. Confirmo hoc. Si Bart. ibi uoluit, & communiter Doct. ut uerbum lego, etiam relatum uniuerſitati non trahatur ad hæredis inſtitutionem ergo multo minus in caſu iſto. Secundo dicebat ipſe, huiuſmodi ſtatutum eſſe exorbitans, prohibere marito ne legare poſsit uxori: ideo ex identitate rationis nõ debet fieri extenſio, per not in aut. Quas actiones, C. de ſacroſanc. Eccle. Tertio, Quia ſtatutum cõſiderabat ea, quæ frequentius contingunt, quod mariti ſolent legare uxoribus non autem hæredes eas inſtituere, meritò debemus adaptare mentem ſtatuentium ad ea quæ frequentius contingunt, prout eſt natura legis, Iuriſcon. in L. Nã ad ea cum ſimilib' de leg. Quarto, ſecundum communem uſum luquendi diuerſa ſunt legare, & inſtituere aliquem 22.

quem hæredem. Et iſtud argumentum etiam adducebat Bart. in d. L. Cen-
23. turio. † Quinto, ultra Corn. facit, quod non extendatur iſtud ſtatutum ad hæredis inſtitutionem, & ſic ad Teſtamenti factionem, quia hoc modo ſtatuentes auferrent liberam facultatem teſtandi maritis: quod nullo modo uidetur dicendum: quia auferre liberam facultatem teſtandi eſt contra bonos mores. L. Stipulatio hoc modo concepta, & ibi dixi, de uerb. obliga. Nam libera debet eſſe nobis facultas. L. 1. C. de ſacroſan. Eccl. Nec poteſt
24. in parte adſtringi. L. Cum duobus. §. Idem. pro ſocio. Iſta † quæſtio diſputabilis eſt, & de hac faciunt mentionē recētiores Bononienſes in d. Rub. Et hanc quæſtionem uidi publicè Romæ diſputatam fuiſſe per Clariſſimum præceptorem meum D. Reynaldum Petrucium, dum eligeretur Rotæ auditor: qui hanc quæſtionem ad utranque partem diſputauit. Sententia Corn. mihi uidetur nullo modo poſſe procedere, & eſſe præter mentem ſtatuentium. Moueor, quia in ſtatuto ſatis conſtat de ratione, quare ſtatuentes prohibuerint maritum, uidelicet, fauore filiorum. Iſta ratio expreſſa eſt, uel ſi expreſſa nõ fuiſſet, haberetur etiam pro expreſſa, per not. in L. Quamuis. C. de fideicommiſſ. ideo extendi debet ad hæredis inſtitutionem: eò quia ſumus in materia fauorabili ratione filiorum, & ceſſat fundamentum Corn. quòd iſtud ſtatutum ſit exorbitans: Imo fauorabile eſt. Si ergo eadem ratio eſt, quare non debet recipere extenſionem? Secundo, pro hac ſententia facit optimè, quod tradidit Ioan. Baptiſta in repetitione L. omnes populi, de Ius: & Iu. de ſimili ſtatuto, quod pater non poſſit relinquere habens filios: uoluit illud ſtatutum eſſe fauorabile, & ideo recipere extenſionem. Pro hac ſententia contra Corn. uidetur eſſe textus, in L. Filium. §. Sed ſi portio, quem textum etiam Doct. adducebant contra Bart. ſupra de legat. præſtan. ubi diſpoſitio loquens de legatis, ex æquitate trahitur ad hæreditatis portionem ob eandem rationem. Cumque in caſu noſtro ſit eadem ratio, & uidemus Ius antiquum ex identitate rationis diſpoſitionem Legatorum trahere ad hæredis inſtitutionem: ergo idem in caſu iſto. Tertiò, pro hac ſententia optima eſt ratio. Nam ſi uerũ eſſet quod iſto caſu non traheretur ſtatutum ad hæredis inſtitutionem, ſequeretur, quod facilè fieret fraus ſtatuto, contra mentem ſtatuentium: nam maritus prohibitus legare, hæredem inſtitueret uxorem in fraudem ſtatuti: ob id ne fiat fraus, debet huiuſmodi ſtatutũ recipere extenſionem. L. Sed et Iulianus, §. in mutui, ad S.C. Macedon. facit c. Si ciuitas, cum ibi nota. de ſent. Excom. in vi. Et ita tenendo, non obſtaret etiam doctrina Bart. in d. L. Centurio, quia reſpondetur, quod in ſtatuto maritum non poſſe legare, uerbum legare generaliter eſt poſitum: & idem eſt, ac ſi dixiſſent ſtatuentes relinquere, quo caſu uerbum relinquo in ſua latiſſima ſignificatione poteſt denotare hæredis inſtitutionem, ad quam facilius trahitur, quàm uerbum lego. Per nota. in d. L. his uerbis. Non obſtat communis uſus loquendi, quia (ut ſupra diximus) non obſtat communis uſus loquendi, maximè, ſi uerbum legare æquiparetur uerbo relinquere, quia uulgi ſententia apud nos idem eſt hæredem inſtituere, quòd bona relinquere. Non obſtat, quod ſtatutum auferat liberam facultatem teſtandi, & ob id nullum ſit, quia reſpondetur

hoc

hoc uerum eſſe, ſi in totum priuaret maritum, ſecus uerò ſi uſq; ad certam
quantitatem: quia tunc lex permitteret nec reputaret pro abſurdo, prout
Doct. dicũt, in d. L. Stipulatio hoc modo, inferẽtes ad ſtatutũ Senenſe, q̃d
mater habẽs filios, nõ poteſt teſtari ultra quartã dotis ſuę: quia illud ſtatutũ
eſt fauorabile reſpectũ filiorũ, nec reputatur auferri libera facultas teſtandi.
† Quo ad tertium dicendum eſt, Legata & fideicõmiſſa inter ſe differre 25.
pluribus modis. Origine, Nomine, effectu, cauſis, et q; diuerſis uerbis exori-
antur. Origine. Quia Legata cognita fuerũt antiquiſsimo Iure: Nam tem-
pore legis duodecim tabularũ cognita erãt, ut Pomponius dicit in d. L. his
uerbis. Imò dicerẽ ante tẽpus legis duodecim tabularũ fuiſſe cognita, prout
in ſacra ſcriptura hoc legitur. Et cũ Bar. uoluerit etiã fideicommiſſa cognita
fuiſſe, male dicit, quod Iaſ. ſolus animaduertit ſupra, in L. 1. Tex. enĩ, in d. L.
his uerbis, nullã mentionẽ facit de fideicõmiſſ. Itẽ dicũt, fideicõmiſſa incepiſ-
ſe à D. Auguſto. Deinde à D. Claudio Imp. Sed poſſet quis Bar. defende-
re: fideicõmiſſa quo ad ſubſtantiã, cognita fuiſſe etiã tempore legis duode-
cim tabula, ſed nõ quo ad formã, quæ poſtea inducta fuit à ſupradictis Im-
peratorib. Nomine differunt, cũ diuerſa ſint nomina, & Nominũ diuerſi-
tas faciat ea differre, & pro eiſdẽ non haberi, L. Si idẽ. C. de Codicill. adpa-
ret per Imperatorẽ in C. ubi ſeparatos fecit titulos de Legatis, & fideicom-
miſſ. Effectu differre adparet in pluribus: Nam differunt inter ſe legata &
fideicõmiſſa plurib⁹ modis, ut Doct. latè tradunt, in L. 1. ſupra eod. Legat.
legati enĩ dominiũ recta uia trãſit in legatariũ L. à Titio infra de fur. q̃d ſec⁹
eſt in fideicõmiſsis, ut in L. Quidã, ita in prin. infra ad Trebellia. Item uide-
mus fideicõmiſſariũ haberi loco hęredis: L. 1. §. in bonorũ, infra ad Trebell:
Legatariũ uerò nullo modo, L. Mulier. §. fin. infra ad Trebell. Et plures dif-
ferentiæ poſſent adduci in quib⁹ conſtaret differre fideicõmiſſa à Legatis. † 26.
Vltimo loco Alexan. & alĳ dicunt. Quòd licet Monachis Franciſcanis quis
nõ poſsit relinquere titulo inſtitutiõis, quia ſunt incapaces hæreditatis: Cle-
ment. exiui de Paradiſo, de uerb. ſignifica. Tamẽ poteſt quis legare id, quod
nõ poſſet per fideicõmiſſum uniuerſale eis relinquere: cum poſsit ipſis le-
gari pro neceſsitatib. † Quibus uero uerbis inducũtur Legata & fideicõ- 27.
miſſa? Certũ eſt q̃d Legata per uerbũ Do, lego, trado, & ſimilia, directeq;.
Fideicõmiſſa uerò uerbis expreſsis per Imperatorẽ in §. fi. Inſt. de ſingu. reb.
per fideicõmiſ. relict. uidelicet p uerbũ uolo, mando, rogo, fideicõmitto, et
ſimilia. † Verũ quia huiuſmodi uerba apud Nationes nõ ſunt ita firma, & 28.
uariĳs modis, etiã in Iurib⁹ accipiũtur, prout idẽ ſentit Imperator in d. §. fin.
propterea magis cõſiderãda eſt ſentẽtia Teſtatoris, quã uerba. Ob id Doct.
ex eorũ mẽte, firmiorẽ regulã tradebãt ad diſtinguenda Legata à fideicom-
miſsis, & e cõtra: ut dicam⁹: † Aut uerba in Teſtamẽto, uel ultima uolũta- 29.
te ſunt diſpoſitiua, uel precaria. Si ſunt uerba directa ad honoratum, hoc eſt
ad Legatariũ (Exempli gratia, Lego Titio centũ) tunc inducatur Legatũ.
Si uero uerba ſunt directa ad Grauatũ hoc eſt, ad hæredẽ, ut quia Teſtator
dixerit, grauo hæredẽ meũ, uel rogo: &c. tũc inducatur fideicõmiſſum. Et
hæc eſt firmior regula & uera. Alias ubi regula poneretur in ſupradictis illis
uerbis, facilè quis decipi poſſet. His ſic abſolutis accedo ad L. noſtrã, q; ſub

tilem & quotidianã materiã cõtinet, eſtq; clauis Teſtamentorũ: in qua ad-
parebit, quod Teſtatores poſsint diſponere in eorum Teſtamẽtis, & quan-
do eorum uoluntas Legibus refragetur, nec ne, eam pleniſsimè tractabo,
quòd ex ea poſsis in Teſtamentorum materia plura addiſcere.

Summariũ Bart. hic omiſit ad L. noſtrã propter eius breuitatẽ. Caſtrẽſis
quẽ oẽs ſequũtur, hic ponebat ſumariũ ſic. Teſtator nõ poteſt auferre for-
mã traditã à Iure in Teſtamẽtis cõdẽdis, neq; poteſt immutare naturã actio-
nis ex Teſtamẽto, quæ perpetua eſt ratione temporis generalis reſpectu lo-
corũ, in quib[9] hæres ſortitur forũ & domiciliũ: ut faciat eã finiri certo tem-
30. pore, uel incerto tẽpore, uel ut reſtringatur ad certũ locũ. † Iſtud ſuma-
riũ ab omnib[9] ſic receptũ, mihi nõ ſatisfacit. In primis enim ob ꝓlixitatẽ dã-
nãdum eſt, quæ eſt cõtra naturã ſummæ. Nã plura in ſumario ponuntur,
quã in lege. Secũdo peccat dũ dicit, Teſtator nõ poteſt immutare formam.
Deinde iſtud ſumariũ reſpicit tantũ formã et ſolẽnia. Sed hoc eſt cõtra men-
tẽ IC. hic. Nã nõ ſolũ cõſiderauit diſpoſitionẽ factã per Teſtatorẽ cõtra for-
mã, & ſolẽnia Teſtamenti, uerum contra ſubſtantiã & naturã. Et propte-
rea breuius ſic ſummari poteſt. Teſtator nõ poteſt diſponere in Teſtamen-
to ſuo contra legum diſpoſitionem: ſicut non poteſt hæres uel Teſtator
mutare naturam obligationis reſpectu loci, temporis, & conditionis.

31. † Notatur primo, ibi nemo. Quod Pomponius hic neminẽ excipit, qui
cunq; ſit qui uelit teſtari, cuiuſcunq; ſit cõditionis & ſtatus ſeruare debet le-
ges. Ideo perſonæ priuilegiate, utpote miles, Doctor, Fiſcus, Minor & ſimi-
les, ſubijciantur diſpoſitioni Pomponij, ex quo neminẽ excipit IC. Et ad hoc
eſt optim[9] tex. ut etiã perſonę priuilegiatæ cõtineantur ſub generali diſpoſi-
tione, in L. in fraudẽ, §. fin. & ibi Bal. in ſpecie, ſupra de teſtam. Milit. ubi IC.
32. uoluit Militẽ cõtineri, quia generalis erat determinatio. † Sed cõtra hoc ob-
ſtare uidenẽ plura, nimirũ q̃ perſonæ priuilegiatę nõ cõtineanẽ ſub hac L. 1.
gl. in L. ſciẽdũ, in uerbo, cõpelli, in fi. gl. magnæ, qui ſatiſda. cog. Facit nota-
bile dictũ Saly. in L. fin. p illũ tex. in prin. C. de Iu. doti. Ius Municipale gene
raliẽ diſponẽs Inſtrumẽta Notariorũ nõ facere fidẽ, niſi reperiunẽ in Archi-
uo publico, nõ cõtinere Inſtrumentũ dotis: ex quo eſt cauſa ſpecialis & pri-
uilegiata. L. 1. & ibi Doct. latiſsimè ſupra Sol. mat. Et ultra prædicta eſt tex.
in L. 3. C. de ſilen. & Decu. li. xij. iuncta gl. ubi adparet, leges generaliẽ loquẽ-
33. tes nõ cõprehẽdere cauſas & pſonas priuilegiatas. † Circa hoc dicendũ eſt,
ut alias dixi poſt præceptorẽ meum in d. L. 1. ſupra Sol. mat. in yi. Notabili.
Quod ſi perſonæ priuilegiatæ in ſpecie reperianẽ habere priuilegia incluſa in
corpore Iuris, tũc nõ cõtinebunẽ ſub hac L. utpote Miles, q poteſt decedere
ꝓ parte teſtatus, pro parte inteſtatus: quod nõ poteſt Paganus, ut in L. Ius
noſtrũ, de Reg. Iu. Nã Miles poteſt facere Teſtamentũ, & decedere inteſta-
tus, & ualebit etiã ei[9] Teſtamentũ: Si uerò in ſpecie Miles & ſimiles nõ repe-
riantur habere priuilegia, tũc lex generaliẽ loquẽs, ut L. noſtra, cõprehendet
etiã pſonas priuilegiatas. Et hoc modo, recõcilianẽ duo Iura, in d. L. in frau-
dem, & d. L. 3. C. de ſilent. Ita uoluit præceptor meus in L. Quanquam. C.
de Teſtam. Milit. & L. 1. de Regu. Iu. & in Conſ. 302. lib. 2.

34. † Secundo nota ibi tex. in uerbo, poteſt, Quod cũ dictio Negatiua præ-

cedat

cedat, ſequitur q̃d Teſtamentũ contra leges factũ erit nullius roboris & fir-
mitatis. Quia lex ſic loquens inducit neceſsitatẽ præciſam, & actus in cõtra-
riũ factus nõ ualet, per gl. cõmunit͛ receptã in c. 1. de reg. Iu. in 6. Bart. & doct.
in L. Gallus in prin. ſupra de Libe. & poſth. Et ideo ſequit͛, quod ex Teſta-
mento celebrato cõtra leges, neq; Ciuilis, neq; naturalis obligatio oriat͛, per
dctũ Bar. in L. cũ lex. nu. 5. de fideiuſſo. de quo tamẽ infra dicem᷈, dum diſ-
putabit͛ An numerus ſeptẽ Teſtiũ ſit ſolemnitas formalis, uel ſubſtantialis.
† Tertio principalit͛ colligit͛ ex tex. noſtro, Nõ eſſe in poteſtate Teſtatoris 35.
aliquid diſponere cõtra leges, nec ullo modo poſſe derogare Iuribus. Similis
eſt tex in L. cũ quidã decedẽs in prin. ſupra de adminiſtra. Tuto. Hoc idẽ di-
cit tex. in L. Teſtãdi, C. de Teſtã. in c. requiſiſti ex. de Teſtam. † Ratio L. no- 36.
ſtræ et aliorũ Iuriũ ẽ, q̃ omiſit hic IC. Quia nemini licitũ ẽ derogare Iuri pub-
lico, q̃ rationẽ adſignat IC. in d. L. cũ quidã. Hoc idẽ Imperator adfirmat in
d. L. Teſtãdi. Sed forma legis ẽ Iuris publici, ut patet in L. 3. ſupra de teſtã. † 37.
Ideo ſequit͛ q̃ nullo modo in poteſtate teſtatoris ſit derogare Iuri publico,
L. Ius publicũ, de pact, bon᷈ ẽ tex. in L. Quod de bonis. §. 1. infra ad leg. Fal.

Iſta concluſio tex. noſtri cũ aliis limitat͛ pcedere, quãdo forma introducta
eſt fauore publico, & publicũ fauorẽ reſpiciat: nõ aũt priuatã utilitatẽ. † Se- 38.
cus ſi priuatã utilitatẽ forma reſpiciat, tũc quis renũciare poterit formę, addu-
cit͛ ad hoc gl. in Clemẽ. cauſam, in uerbo deuolura, de electio: late per Felin.
in c. cũ dilecta, de Reſcrip. † Et p hac cõcluſiõe eſt tex. in L. filio præterito, 39.
ſupra de inius. Rup. teſtam. ubi filius præteritus à patre, qui nõ ſeruauit for-
mã Iuris de qua in L. inter cætera ſupra de liber. et poſthu. et in Inſt. de Exhę-
reda. Liber. in prin. poteſt nihilominus Teſtamentũ parentis licet nullũ ad-
pbare & cõfirmare. Et ſic adparet, q̃d formę quis renũciare poſsit, quando
illa forma reſpicit priuatã utilitatẽ. Aretin. & poſt ipſum Ruin. hic & quidã
alii dicũt, illũ tex. hoc nõ probare. Imò oppoſitũ: cum dicat tex. ibi, ex uigore
Iuris nullũ eſſe Teſtamentũ, licet de æquitate prætoria cõualeſcat. Sed iſta
reſpõſio nõ tollit inductionẽ illius tex. Sat eſt, quod ibi ppter cõſenſum filii
Teſtamentũ recõualeſcat, & ſic quod filius poſsit renũciare formæ in eius fa-
uorẽ introductæ. Ideo quidã dicebãt, nõ eſſe ibi propriẽ formã: Quia forma
dat eſſe rei. L. Iulianus. uerſ. Sed & ſi quis, ad exhibend. Propterea mutabilis
eſt. Iſta reſpõſio eſt nulla, et cõtra tex. in d. L. inter cętera, ubi adparet expreſ-
ſe de forma. Nõnulli etiã reſpõdebant, quod ille tex. nõ eſt trahendus in cõ-
ſequentiã, quia ibi lex ulterius diſponendo proceſsit, neq; iſta reſpõſio tollit
obiectũ. Nã inſpicienda eſt cauſa, quare ibi prætor, & lex confirmẽt ſenten-
tiã teſtatoris, & uoluerint filiũ poſſe adprobare Teſtamentũ nullũ, Lex eñ
nõ diſpoſuiſſet, niſi acceſsiſſet cõſenſus filii. Ergo ex idẽtitate ratiõis eſt bon᷈
tex. pro hac limitatione. Sed poſſet quis forſan dicere, illũ tex. nõ debere ad-
aptari ad tex. noſtrũ, qui loquitur reſpectu Teſtatoris, nõ aũt reſpectu tertii.

† Secundo limitari poteſt, ſi forma ſit leuis, & modici præiudicii, & 40.
ſatis conſtet de ueritate: tunc enim omiſsio formæ non uiciaret actum, ut
Bart. uoluit in L. obſeruare. C. de Decurio. lib. xii. ut ſi ex forma ſtatuti
diſponeretur, propoſitionem in ſenatu debere fieri per unum Senato-
rem, tamen ſi conſtat de uoluntate & conſenſu populi: actus ualebit.

& ita Iaſon. in L. Vniuerſa, nu. 8. C. de precibus Impe. offeren. Et pro hac concluſione eſt optimus tex. in L. i. in fine. de Vent. inſpicien. Vbi ſi quid leue fuerit omiſſum ex forma tradita per Praetorem, non tamen omiſſio formae nocebit miſſioni in poſſeſſionem. Et iſte tex. eſt melior, qui ad hoc adduci poſſit: Facit etiam regula uulgata. Quod de minimis non curat praetor. L. ſcio. de reſt. in Integ. L. ſi oleum. de dolo. Cum ſimilibus. Et de his omnibus plenè uidere poteris Brunũ in tractatu formae & ſolennitatis.

41. † Textus noſter diſponens Teſtatorẽ non poſſe legibus derogare ampliatur, ut etiam ſi teſtator obtinuerit Reſcriptum ſeu beneficium aliquod à principe ut teſtari poſſit, non tamen propterea cenſerentur remiſſae ſolemnitates Iuris, ut expreſſè dicit Imperator, in L. ſi quando, C. de in officio. teſta. Vbi dicit, non ueriſimile eſt Romanũ principem uelle remittere ſolennia Iuris tot uigilijs excogitata. † Hoc tamen debet intelligi quando

42. conceſſio facta fuiſſet aliàs inhabili ad teſtandũ: ſecus uerò ſi fuerit conceſſũ beneficiũ alicui, qui de Iure communi teſtari potuiſſet. Nam tunc cenſentur remiſſae ſolennitates Iuris, ne beneficium illud reddatur ſuperfluum, ita gl. cõmuniter recepta uoluit in d. L. ſi quando. & ibi Doct. cõmuniter. Hoc idem Doct. uolunt in L. ex facto. in princ. ſupra de uulga: & pupilla: & ibi alias latè dixi. Ad hoc facit id, quod notabiliter uoluit Ancho: con. 186. pro parte dictae Eccleſiae, ubi uoluit. Quod ſi Epiſcopo conceſſũ fuerit teſtari à pontifice, ne ſit ſuperfluũ beneficiũ, poterit non ſolũ de rebus proprijs, uerũ etiam de rebus Eccleſiae teſtari. Et eſt notab. le dictum Baldi, in L. Nullus C. ad Legẽ Iuli. Maieſta. † Quod ſi Iudici cõmittatur poteſtas inquirendi

43. delictũ de quo alias ex ſua Iuris dictione potuit inquirere, poteſt etiã fama nõ praecedente, quod alias non poſſet, c. Qualiter & quando, de Accuſat. Et dictum Baldi plurimũ commendat Rom: in L. 1. in 21. col. C. de Haered. inſtituen. Et ut diximus, ratio eſt: ne ſit ſuperfluũ Reſcriptum ſeu beneficium. Quia regula eſt, uerba non debere eſſe ſuperflua, ſed ſemper debere ali-

44. quid operari. c. ſi Papa. de priuileg. in 6. L. ſi quãdo infra eo. Facit q̃d uoluit Bal. in L. 1. Quaeſt. 11. C. de contrah. & cõmitten. ſtipula. ubi uoluit, quod etiã quaelibet minima ſyllaba nõ debeat eſſe in oratione ſuperflua. & pro hac ſententia eſt optimus tex. ultra gl. in L. etiam, in princ. infra de bon. libert.

45. † Quidam recentiores hic recedunt ab hac ſententia communi, & mouentur primò per L. 1. §. ſi quis à principe, Ne quid in loco publ. ubi in dubio non intelligitur princeps, uoluiſſe derogare Iuri. Item potius concedendum eſt, ut uerba reddantur ſuperflua, quam ut reſultet iniquitas. Per nota. in L. fina. §. in computatione. C. de Iu. delib. Et conabantur reſpondere ad textum in d. L. etiam. Sed non eſt recedendum à communi ſententia, imò ab omnibus ferè recepta, & in primis eſt textus ubi caſus, in d. L. etiam. Nec obſtat reſponſio illorum, dum dicebant, uerſ. illum idem eſt &c. reſpicere principium legis: hoc enim falſum eſt, cum ille uerſ: ad proxima continuatiuè ſubſequatur, ut patet per illam aduerſatiuam planè. Et ſic Iureconſ. ibi diſponit: Quod patronus poſſit per bonorum poſſeſſionem contra tabulas reſcindere Teſtamentum liberti, quando ſibi non eſt relicta

Legitima

Legitima portio, etiamſi Ius aureorum anulorũ obtinuerit. Subdit poſtea Iureconſ. planè ſi natalibus reſtitutus fuerit, ceſſabit bonorum poſſeſſio contra tabulas. Sequitur poſtea, idem eſt ſi à principe liberam poteſtatem teſtandi obtinuerit, ut & tunc ceſſet bonorum poſſeſſio contra tabulas. Et ſic ibi eſt caſus. Quod ſi libertus obtinuerit à principe licentiam teſtandi, qui prius potuit teſtari, per iſtam nouam conceſſionem cenſetur ſibi remiſſa ſolennitas Iuris: quæ diſponebat, Libertum debere inſtituere patronum ſuum in aliqua portione. Non obſtat quod dicebant de textu in d. L. 1. §. ſi quis à principe. Quia ille textus loquitur in præiudicium Iuris tertij, non circa ſolennia Iuris, & non præſumitur principem hoc concedere: ſecus uerò circa ſolennia Iuris. Quia lata ſit interpretatio contra ipſum principem. L. fina. de conſti. Princip. Non obſtant etiam nota. in d. §. in computatione, quia in caſu iſto non reſultat iniquitas reſpectu tertij, tractatur tantum de præiudicio principis.

† Infertur etiam per textum noſtrum, quod cum uſuræ lege diuina & Canonica ſint prohibitæ, ut per textum in c. conſuluit, & per tot. tit. extra de Vſur. ut ſi teſtator in ſuo Teſtamento damnaret hæredẽ ad præſtandas Vſuras, qui differret ſolutionem legatorum, utiq; hoc non poſſet. Bart. in ſpecie hoc uoluit, in L. 3. §. fina. infra. de annu. Lega. & idem Bart. in L. ij. de his quæ pœnæ nom. † Et ex his Crot. hic nu. η. mouet pulchram & quotidianã, quæſtionẽ, quæ dicit Florentiæ contigiſſe de facto. Quidã teſtator legauit Titio mille, & in Teſtamento adiecit, ut hæres non teneretur ad ſolutionem Legati infra decennium, Interim tamen pro quolibet centũ ſoluere deberet quinq; uel decem: lapſo decennio hæres intendens ſe liberare ab iſto legato offerebat ſolutionẽ, uolebat tamẽ uſuras ſolutas computare in ſortẽ. Quærebatur, an poſſet? Aretin: in con. 152. uiſo teſtamento, uolebat uſuras ſolutas computari debere in ſortẽ: quia materia erat fœneratitia. Contrariũ uerò plures conſuluerunt, uidelicet. Bart. Soccin. & Baptiſta Seno: clariſſi. I.C. Mouebantur inprimis per ea, quæ notantur in d. c. conſulit, extra de Vſur. ubi conſideratur intentio partiũ ad inducendas Vſuras, ſed à principio in caſu iſto non fuit intentio Legatarij accipere uſuras, ſed prouenit ex Teſtatoris mandato ſic diſponentis in teſta mẽ, Secundo adducebant pulchrũ dictũ Caſtrenſis in L. ſi quis nec cauſam, in fine princ. Si cert. peta. ubi dicit, Ciues compulſos à Repub. mutuo dare pecunias, non committere Vſuras, ſi eis aliquid adſignatum fuiſſet, ut pro quolibet centum, donec Reſpub: ſatisfaceret eis, propter eandẽ ſupra dictã rationem. Quia nulla erat ſubditorum intentio uſuras accipere, ſed Reſpub: eis dabat pro eorum Intereſſe & damno. Faciebat etiam pro hac ſententia ſecundum prædictos, Quia in poteſtate hæredis erat ſoluendo ſortẽ liberare ſe ab uſuris. Et ſecundũ hanc ſententiã, ut Soccin. dicit in L. ij. de his quæ poen. nom. ita Romæ p dominos Rotæ iudicatũ fuit: ſcilicet iſtud præceptũ teſtatoris, damnantis hæredem differentẽ ſolutionẽ legati ad præſtandum annuũ quid, non ſapere uſurariũ lucrũ. Contrariũ uerò tenent hic recentiores à monte ferrato. Et primo per tex. in d. L. 3. §. fina. infra de annu. Lega. Sed tenendo contrariũ facilè eſt reſpondere ad iſtũ tex. Imò ibi nõ damnatur præceptũ teſtatoris, niſi excedat

ſummam

ſummam & terminum legitimum uſurarum. Secundo adducebant dictum Ioan. And. in c. in ciuitate, extra de uſur. Tertio in ſpecie adducebant autoritatem Anchor. conſilio 92. uerba teſtamenti ſic ſe habent, ubi conſulendo dicebat, ſi teſtator damnaret hæredem ad ſolutionem decem ſingulis annis, uxori Titiæ in dotem et ſoluere diſtuſerit hæres, uxor nõ poterit petere decem: quia illud ſapiebat uſuras. † Placet, ut dixi, ſententia Soccini,
48. & aliorum, & ita eorum ſententiam conſuetudo ubiq; adprobat. Nam in ſimilibus caſibus illud quod præſtatur per hæredem, uel alias perſonas, non ſoluitur ut uſura, ſed ſuccedit loco Intereſſe. Quod Lex & diuina, & humana conſiderat, ut uidelicet nullũ damnum ſentiat, & ut quis ſe ſuosq; alere poſſit. Et ideo in conſideratione haberi debet, ut in L. ſi cõmiſſa. Rem rat. habe. † Et non ſolum habenda eſt ratio damni ſed etiam lucri, quando
49. luceum tale eſſet, quod eſſet in potentia certa, & nõ remota, ut ille qui prætenderet in articulis ſic diſponeret: quia tunc habetur ratio lucri. L. 3. §. in hac arbitraria, de eo quod cer. loc. Et ita Paul. Caſtrenſ. ibi hoc notabiliter tradebat, Sequitur præceptor meus in conſi. 322. nu. 5. lib. ij. Confirmatur iſta ſententia Soccini contra Aretin. et alios, recentiores. Nam nõ poteſt induci prauitas uſuraria, ſicut neq; aliquod delictum, niſi ad fuerit mens & intentio
50. partium delinquere uolentium. † Nam intentio & propoſitum diſtinguunt maleficium & delictum. L. 1. §. Diuus, et L. diuus, ad leg. Corn. de ſica: ſed in caſu noſtro nulla fuit intentio delinquendi, ſiue ex perſona teſtatoris, ſiue ex perſona hæredis, & Legatarij, & omnia facta fuerunt præter intentionem & propoſitum delinquendi. Merito non poteſt conſiderari uſura.
51. † Inferebatur etiam per textum noſtrum, (ut hic per Iaſon:) quod pater non poſſet priuare primogenitum ſucceſſione regni, ex quo Regnũ debetur primogenito Iure primogenituræ: quæ lege diuina, naturali, &
52. conſuetudine debetur, ut patet in c. licet, ex. de Voto. Et hoc uerum ſit, † niſi primogenitus fuiſſet inhabilis ad regendum: nam tunc parens poſſet priuare primogenitum. Ita Bald. in aut. hoc amplius, C. de fideicommiſ. col. ij. cum alijs adductis hic per Iaſon. Ad hoc poteſt adduci optimus textus in c. unico, An mutus uel ſurdus, in uſib. feudo, ſecundum quendã intellectũ. facit textus in Argumentum, in L. ſed eſt quæſitum ſupra de libe. & poſth.
53. † Recentiores Papienſes hic redarguebant Iaſon. dicentem, primogenituram cognitam eſſe lege diuina, in ſucceſſione Regni, dicebant ipſi, hoc nõ reperitur inter ea, quæ connumerantur primogenituræ, de quibus in c. quã periculoſum, 7. q. 1. Secundo probabant alio fundamento. Quod non eſſet cognita primogenitura Iure naturali. Nã ſi Iure naturali cognita eſſet, certo conſtaret quod propter uoti inobſeruantiam filius deponi non poſſet: quia uidemus, quod Legitima non poteſt tolli à parente, propter inobſeruantiã filij, ut patet in. §. ſi quis autem non implens, in Auth. de Hæred. & falcid. Sed propter inobſeruantiam uoti, filius deponi, a Regni ſucceſſione poteſt. d. c. licet extra de Voto &c. Ad hoc reſponderi poteſt. Satis cognitum fuit lege diuina ius primogenituræ, quo ad prærogatiuam in præeminentiam quandam, ut in teſtamento ueteri legitur: ſed quia Regnum debet eſſe unitum, et non debet recipere aliquam diuiſionem, propterea deponi poſſet filius

filiꝰ à Regno. Quod ſecus ē in Legitima: quæ eſt diuidua & ſeparari poteſt, à rebus hæreditarijs. Et ſentit hanc rationem diuerſitatis glo. in d. c. licet.

† Quarto ex textu noſtro colligitur ibi, nemo, quod licet Lex d cat, nemo, tamen excipitur princeps, quia ſolutus eſt legibus. L. princeps, de Legibus. L. digna uox, C. eod. tit. Et propterea in poteſtate principis eſt, derogare, & immutare Leges ad eius arbitrium: & uti poteſt clauſula iſta derogatoria, non obſtantibus. 54. † Sequitur ergo, Inferiores principes ſubiectos eſſe diſpoſitioni noſtræ Legis & nullo modo poſſe uti clauſulis derogatorijs, & ſimilibꝰ. Ita Ange: Imo: Alex. Iaſ: & omnes hic dicūt, adducūt textum in L. formam. C. de præfec. præto. Orien: ubi præfectus prætorio nullo modo habet poteſtatem immutandi Leges. Confirmatur iſta ſententia ex his quæ glo. uoluit in c. fina. de Hæret. in 6. Quod licet Cardinalis æquiparetur Regibus & præfectis prætorio, ut glo. uoluit in L. 1. in uerbo, Iudicaturus, de off. præf. præto: Non tamen poſſet cauſam committere, ut Iudex ſummariè, & abſq; ordine Iudicij procedere poſſet. Hoc idem dicit gl. in clemen. ſepe, in uerbo mandamus, de uerb. Signifi. Et hoc uoluit Spec. in tit. de probat. in uerbo, ſupereſt, uerſ. Sed nunc quid, cum pluribus alijs hic, quæ Iaſ. hic latè congerit. Duobus modis tamen limitatur prædicta concluſio. 55.

Primo. † Niſi Cardinalis uel alter inferior Princeps ex cauſa iuſta, neceſſaria, & euidenti attēta perſonarū qualitate ſe teſtetē hoc facere. Ita Butr: Imo. in c. fin. per illū tex. in ij. notabili, extra de Tranſact. & ita ſingulariter uoluit Bald. in L. omnes populi. de Iuſt. & Iu. uidelicet Epiſcopos poſſe ex neceſſaria cauſa diſponere contra Iura Canonica, & adducebat textum ſingularem in argumentum in L. ſi hominem. Mandati, ubi licet Mandati fines diligenter ſint ſeruand: L. diligenter. Manda. tamen ſi ex uerisimili mente mandantis, mandatariꝰ exceſſerit fines mandati, mandans actione mandati tenebitur. Et dictum Bald. Panor. pluribus in locis extollit, ut in c. dilecti. 1. L. ult. de Appella. & in c. At ſi clerici §. de Adulterijs. col. 5. de Iudi. cum pluribus alijs hic per Doct. Et hanc limitationem recentiores hic ſequuntur plura adducentes. † Quemadmodum quod propter neceſſitatem plura conceduntur, quæ alias denegarentur. Nam ſacra alienari poſſunt propter neceſſitatem. §. ſacra. Inſt. de rer. diuiſ. Item propter neceſſitatē parenti conceditur uendere filium. L. 1. & ij. C. de patri, qui fili. diſtrax. Item licitum eſt furari propter neceſſitatem famis. c. 3. extra de furt. Et plura alia, de quibus hic per eos. Crotus hic etiam adducebat optimum textum in L. utilitatem iuncta L. confirmando, ſupra de Confirma. Tuto: ubi Iudex ex cauſa non cognita teſtatori, poteſt eius ſententiam in teſtamento relictam immutare. 56. 57.

† Iſta limitatio ab omnibus recepta periculoſa uidetur, quia legem condere, immutare, & interpretari ſpectant ad ſupremum principem L. ſi cum alijs C. de Legib. & ut Doct. dicunt in L. Imperium, de Iuris dict. om. Iud. Iſta conceduntur in ſignum ſupremæ dignitatis, propterea non debent ſeparari ab ipſo principe. Facit etiam textus in d. L. formā, ubi præfectus prætorio, qui poſt principem primum locum tenet, eſt in maxima autoritate, ut ſicut a principis ſententia non appellatur, eodem modo nec ab eius ſen- 58.

ſententia: d. L. 1. de off. præf. præto, & tamen ille non poteſt leges immutare abſq; autoritate Cæſaris. Facit etiam dictum Baldi in c, Quanto, col. pen. ex. de Iudic. Quod ſi princeps conceſſerit alicui Iuriſdictionem alicuius oppidi, etiamſi dicat, concedimus tibi omnem, & omnimodam Iuriſdictionem, non tamen conceſſum uidetur merum Imperium, ut leges condere poſsit. Quia iſta omnia ſunt ſuprema, & ad Principem ſpectant in ſignum ſuperioritatis, ſed requirunt ſpeciale mandatum, argumento L. Pomponius, In princ. de procura, Et ita tenendo, non obſtat textus in d. c. fina, cum omnibus alijs ſuprà adductis, Quia reſpondetur, omnia illa conceſſa fuiſſe lege permittente in caſibus expreſſis, & illæ conceſsiones non tangebāt ſupremam dignitatem principis. Nō obſtat textus in L. confirmando & L. utilitatem. Quia loquuntur in præ-

59. toꝛe, qui habet autoritatem. † Secunda limitatio eſt in perſonis Eccleſiaſticis, ut non poſsint aliquid derogare Iuri. & uti clauſula, non obſtante. Secus uerò in principibus Laicis, ita Caſtrenſ. in conſ. 325. alias 328. in c. ſuper primo dubio. Roman, conſ. 59. in princ. ad diſcutiendam ueritatem, Alexan, conſ. 1. col. x. lib. v. qui adducebat Bald. in L. fina. C. Quor. bonor, Principes ſeculares committere poſſe cauſas, etiam Appellatione remota. Hanc differentiam non uideo quomodo quis poſsit defendere, nam obſtant ea, quæ ſupra diximus, neq; principes ſeculares hoc debent poſſe agere, niſi in eorū Inueſtituris expreſſe cautum eſſet. Et ita Caſtren. in d. conſ. dicebat de Duce Mediolani, qui ex quo in eius Inueſtitura dicebatur, ut in eius ducatu perſonam principis repræſentaret: eandem poteſtatem haberet qualem Imperator habet. Et pro hoc eſt textus in L. 1. in uerbo Crediti, de

60. offic. præfe. præto. † Et ideo alias in L. ex facto. in prin. ſupra, de uulga. & pupilla: inferebam ad principes ueſtros, Quod ſi in eorum Inueſtitura cautum fuiſſet, ut omnimodam haberent Iuriſdictionem tunc ueluti principes poſſent. Zaſius in conſil. 1. per totum, præſertim num. 5. lib. 2. Et hāc ſententiam etiam reperio Ruin. hic relatum tenere, qui adducebat deciſio-

61. nem Ancho. in conſ. 322. in c. Viſis diligenter. † Quod licet. D. de Scala, olim dominus Veronę eſſet perpetuus Vicarius Imperij: non tamen potuit aliquos reſtituere famæ. Nam reſtituere aliquem ad integram famā, ſpectat ad Principem, & in generali conceſsione ſibi facta hoc non habebat in priuilegijs, neq; poterat tollere legem ſuperioris, facit dictum Bart. in L. ambi-

62. tioſa, de decret. ab ord. facien. Et propterea tangunt Doct. hic. † Volentes principes ſeculares poſſe auferre appellationem: hoc enim uidetur iniquum, Quia Appellatio (ut Canoniſtę in Rub. extra de Appellat. uolunt) eſt defenſio, & defenſio uti Iuris Naturalis: L. ut uim, de Iuſt. & Iu. L. 1. §. uim, de ui arma, L. 1. §. Sed cum arietes, Si quadru. paupe. feciſ. dica. non poteſt tolli per inferiores, & eſt opt. textus in L. 1. §. fina. A quib. appell. non lic. ubi dicit textus, Imperatorem interdum hoc conceſsiſſe.

63. † Quinto colligitur in ſecunda parte textus noſtri obligationes perſonales uti perpetuas, ratione loci, temporis, & conditionis immutari non poſſe: facit textus in L. obligationum ferè. §. Placet, de obliga. & act. Ratio ſecundum Cuman. hic eſt, Quia ſicut, caracter diuiſibilis non poteſt auferri ab oſsi-

ab oſsibus noſtris, eodẽ modo obligationes perſonales quæ perpetuæ ſunt.
† Inſerebat Ange: ad Quæſtionem, An Teſtator poſſet præfigere termi- 64.
num, infra quẽ hæres inſtitutus adire hæreditatem poſsit. Tex. noſter uide-
batur aduerſari. Contrarium decidit Ange. in L. ſi quis hęres ita ſcriptus, ſu-
pra de acqui. Hæred. Et reſpondebat ad textum noſtrum, quod tractat de
Iure quæſito. Sed d. L. ſi quis hæres ita ſcriptus. de Iure quærendo.

† Sexto colligitur hic in ſecunda parte, ualidum eſſe argumentum de ul- 65.
timis uoluntatibus ad contractus, prout Iureconſ. hic argumentatur. Con-
cordat textus qui ſemper adducitur, in L. ſi ſeruum filij. §. cum qui chiro-
graphum, infra tit. proximo. Ad idem textus in L. cum pater. §. Menſæ, in-
fra tit. proximo, & Inſti. de Lege Fuſ. Can. tollen. Et hoc uerum eſt, ubi ſit
eadem ratio, alias ſecus, ut Doct in d. §. cum qui chirographum. † Ex hoc 66.
infertur. An partes poſsint conuenire, ut in proceſſu cauſæ non interueniãt
ſolennia Iuris, ſiue ut ſummariè abſq; ordine Iudicij cauſa decidatur, ſecun-
dum Clement. diſpondioſam, & c. ſepè, de Iudic. Et concludunt Doct. non
poſſe, & benè. Quia ſicut regula in Teſtamentis eſt ut in textu noſtro, eodẽ
modo in cõtractibus. Quia eadem eſt ratio, q; ſolennia Iuris Ius publicum
reſpicientia, neq; à partibus, neq; à Teſtatore tolli poſsint. d. L. cum pater.
d. L. Teſtandi. † Infertur etiam, partes non poſſe conuenire, ut creditori 67.
liceat propria autoritate capere debitorem, ut Dyn. Bar. in L. alia, ſupra Sol.
mat. facit tex. in L. nõ eſt ſingulis, de regu. Iu. Debem⁹ tollere materiã ſcãdali,
& per Magiſtratũ agere. Ad idẽ regula in L. liber homo, la. 1. ad leg. Aquili.
† Nemo eſt dominus membrorum ſuorum. Tertio, quia carcer reſpi- 68.
cit Iuriſdictionem. L. 1. C. de priua. Carce. Iſta regula recipit nonnullas li-
mitationes. † Primò caſu. ſi quis ſit redemptus ab hoſtibus. Nam tunc 69.
redemptus retineri poterit ab illo, qui ſoluerit pecuniam. Ita Ange. in L.
Nemo carcerem. C. de exacto: tributo, lib. x. L. fina. C. de Cap. Sed ille tex-
tus non probat intentionem Angeli, propterea dubito de dicto eius.
† Secundo dicunt Doct. in ſcriptore, qui promiſerit ſcribere librum certo 70.
tempore, & promiſit non recedere, ut in compedibus poſsit retineri. Bart.
in L. ſtipulationes non diuiduntur, octaua Quæſtione, de uerb. obliga. De
cuius dicto etiã dubito, quia legẽ nõ habet. † Tertio fallit (ſecundũ Spe- 71.
cula. in tit. de Renunciat: uerſ. Item beneficium) in obſidibus datis. Caſus in
c. ex reſcripto, de Iureiu. Quartus caſus eſt expreſſus in debitore arripiente
fugam. L. ait prætor. §. Si debitorem, de his quæ in frau. Credito. Quintus
caſus eſt in L. capite quinto, ad leg. Iul. de Adulte.

† Septimo, colligitur ex textu noſtro, Exempla declarare regulam, ut Iu- 72.
reconſ. obſeruauit in L. damni infecti, de dam. infect.

† Octauo, & ultimo colligitur ualere argumentũ à ſimili, & regula eſt, de 73.
ſimilibus ad ſimilia eſſe procedendum. L. non poſſunt, de Legib. c. transla-
to Sacerdotio, extra de conſtitu. uerum eſt tamen argumentũ à ſimili inter-
dũ eſſe fallax: per nota. in c. Non poteſt, de præben. in vi. Doct. in d. c. tranſ-
lato, propterea Iurecon. hic melius potuiſſet adducere rationem, quam ad-
ducebat Iureconſul. in d. L. cum pater, & Imperator in d. L. teſtandi.

Glo. in uerbo ne leges diuiditur in duas, partes, In prima declarat dictum

duplici modo, in genere, & in ſpecie: in ſecunda opponit & ſoluit. Secunda ibi, arguo contra, Quo ad primam partem, Bart. opponit de L. in cōditionibus, infra de condit. & demonſtra: Ex eius dictis nonnullæ concluſiones

24. colliguntur. † Prima eſt. Numerum ſeptem teſtium in teſtamentis condendis eſſe partē ſubſtantialem. Iſta concluſio Bart. eſt diſputabilis ad utranq; partē, prout infra dicam. Hanc ſententiā Bart. tenuit Bald. in L. cū quis col. 2. C. de Iu. et facti ignoran. in L. 1. §. cum qui, de conſt. pecu. Hanc eandem ſequitur Alexan. in L. 1. col. 2. de cōdict. Indebi. Lancello. Dec. hic, & Iaſon hoc idem ſequitur: ſimiliter recentiores Bononienſes poſt Ruin; Contrarium uerò uoluerunt plures Doct. ut numerus ſeptem teſtium nō ſit ſolennitas ſubſtantialis, ſed probatoria: ſcilicet magis reſpiciat probationem teſtamenti, quam eſſentiam uoluntatis. Et in primis ita uoluerūt Petr. à Bell. Perti: & Cyn. in L. 1. de condict. Indeb. Hanc ſententiam ſecutus eſt Bart. ſibi contrarius in duobus locis, in d. L. 1. de cond. Indeb. & in d. L. cū quis. Hāc eandem ſententiam ſequitur. Aretin. & Croc. hic, & plures alij, &

25. hāc ſententiā alias Senis publicè diſputādo ſuſtinui. † Pro prima parte adducitur primo ratio Bart. hic, quod ideo dicatur ſubſtantialis pars, quia ſi Teſtator uellet Teſtamentum ualere abſq; hac ſolennitate, contineretur repugnantia quædam: propterea hoc non eſt admittendum. Regula, ubi Repugnantia, de reg. Iu. L. per ſeruum. §. 1. de uſu & habita, optimus eſt tex. in quo eſt caſus pro hac ratione, in L. Ius noſtrum, de reg. Iug. ubi dicitur. Natura quādam eſſe repugnantiam, ut quis decedat pro parte inteſtatus: Huic rationi tenentes contrarium reſpondent, ut per Aretin. hic. Numerum ſeptem Teſtium eſſe ſolennitatem probatoriam, non ſubſtantialem, prout ipſemet Bart. melius dicit, in d. L. cum quis, ubi in ſpecie dixerat, non eſſe ſubſtantialem partem. Si ergo ſumus in ſolennitate probatoria ceſſat ratio Bart. contradictionis: quia non continebitur repugnantia. Secundo pro hac ſententia adducebatur textus in L. ſi unus. C. de Teſtam. iuncta glo. ibi & L. ſi non ſpeciali. C. de Teſtam. ubi ſi unus ex ſeptem teſtibus deficit, Teſtamentum non Iure factum eſt. Si non Iure, ergo nullo Iure. Propterea ſequitur, quod cū lex annullet actum, et ſic ulterius procedat, quod inducatur ſolennitas ſubſtantialis, per dictum Baldi in c. 1. Si de inueſti: Tertio pro hac ſententia Bald. in d. L. cum quis, adducebat definitionē Iuriſconſ. in L. 1. ſupra de Teſtam. ibi iuſta ſententia, & quod definitio ſoleat deſignare eſſentiam rei definitæ, adducendo ibi Ariſtotelem. Sed ad iſtud reſpondetur ſecundum Aretin: & alios: quòd ibi loquitur de ſolennitate intrinſeca, id eſt, de hæredis Inſtitutione, nō aūt de extrinſeca, ſicut eſt numerꝰ ſeptem teſtiū, qui magis tendit ad probationem, ut probat textus in L. fin. C. de fideicōmiſſ. Item etiā, quod non ſit ſubſtantialis ſolennitas, de qua ibi probaī, cū ex Teſtamento, non ſolenni naſcatur naturalis obligatio, prout, idē Bar. dicit in prædictis locis. Quarta Aretin. pro Bar. ſentētia, licet cōtrariū teneat, adducebat textū in L. Si quis Legatū, in 2. reſpon. ad leg. Corne. de falſ. ubi diciī, Quod ſi ſignatura ſeptē teſtiū non interuenerit, teſtamentum non habere formā, neq; perfectū eſſe. Ergo adparet ſolennitatē ſeptem teſtium eſſe ſolennitatem ſubſtantialē; cum alias nō dicatur Teſtamentū.

Iaſ.

Iaſ.hic reſpondendo dicebat, quod contra ipſum tex. directo aduerſatur L. ij.§.1.Quemadmod.Teſtam. aperi. ubi etiã Teſtamentũ non ſolenne dicitur Teſtamentum abuſiuè. Iſta reſponſio non tollit obiectum, propterea tenendo contrarium reſponderi poteſt ad illum textum, ut procedat, quo ad effectum & efficaciam, non autem ad ſubſtantiam denotandam: nam ſubſtantia Teſtamenti primò conſiſtit in uoluntate Teſtatoris, ut patet in definitione tradita in L. 1. ſupra de Teſtamen. Item in hæredis inſtitutione, hæredis enim inſtitutio eſt neceſſaria & caput teſtam.§. ante hæredis. Inſt eod. in L. proximè, ſupra de his quæ in Teſtam. delen. quinto pro hac parte Ticinenſes hic ponderabant tex. in L. dictantibus, C. de Teſtam. ibi teſtibus etiam ad efficiendam teſtatoris uoluntatẽ, ex quo uidetur intelligi, ſolennitatẽ iſtam eſſe ſubſtantialem, Sed reſpondetur, ut hic per eos et benè, ut procedat quo ad effectum: ut Teſtamentũ non habeat efficaciam Iuris, niſi ſeptem teſtes interueniant, non tamen, quod ſit ſubſtantialis pars. Et hoc eſt uerum, ut infra dicemus, Numerus ſeptem teſtium eſt accidentalis, non ſubſtantialis, cum in Iure diuerſimodè accipiatur. Et quod ſolennitas ſeptẽ teſtiũ nõ reſpiciat ſubſtantiã Teſtamenti, ſed magis probationẽ uoluntatis teſtatoris, dicit Imperator in d. L. fina. in uerſ. Lex etenim, C. de fideicom. L. ad tollendã, falſitatẽ. Nam duo uel tres teſtes ſufficiũt duntaxat: ut ſcriptum eſt, in ore duorũ uel trium ſtat omne uerbũ, c. cum eſſes extra de teſtam. Sexto facit pro hac parte, L. Iubemus, & L. hac conſultiſſima, C. de Teſtam: ubi Teſtamentũ abſq; ſeptem teſtium numero non ualet. Sed reſpondetur, prout ſupra dictum eſt, iſta Iura cum omnibus alijs procedere, quantũ ad effectum, ut Teſtam. non ualeat abſq; numero ſeptem teſtiũ: & hoc magis ob probationẽ, quam eſſentiam. Ius enim non perijt, ſed deficit probatio, argumento L. duo ſunt Titij, ſupra de Teſtam. tute: Secundo etiã reſponderi poteſt. Quod ſolennitas ſeptem Teſtium eſt accidentalis, non ſubſtantialis: quia quandoq; lex minuit iſtum numerum, quandoq; addit, quod non feciſſet ſi eſſet pars ſubſtantialis. L. Iulianus, §. Sed & ſi quis, ad exhiben: Septimo facit ſecundum Alexan. in L. 1. de condict. Indeb. Nam ſicut ſtipulatio pro forma requirit uerba, adeo ut ſi uerba non interueniant, inualida eſt ſtipulatio, quo ad Ciuilem & naturalem obligationem, L. 1. in princ. iuncto §. ſi quis ita. de uerb. obliga. Eod. modo dicendum eſt ſecundũ ipſum, quod numerus ſeptem teſtium ita neceſſarius eſt, quo ad formam, ſicut in ſtipulatione uerba: & ita Ruin. etiam hoc argumentum ſequebatur, Errat Alexan. una cũ alijs, & non ualet iſta comparatio per ipſum facta, cum diuerſa ſint, et ex diuerſis non debet fieri illatio. L. Papinianus, de Minorib. L. Naturaliter, §. Nihil cõmune, de acq. poſ. fina. cũ ſimilib. de Calumniato: Stipulatio quo ad originẽ, & inuentionem merè cognita eſt à Iure Ciuili: §. de conſtituta, Inſt. de Act. Doct. late in Rub. de uerb. obliga. ut meritò ſi act⁹ peccat in forma, nõ naſcitur naturalis obligatio. Secus uerò eſt in Teſtamento. Nam Teſtamentum, quo ad ſubſtantiam, hoc eſt, ad uoluntatẽ Teſtatoris. eſt Iuris Gentium, non Ciuilis. Ita Bart. & omnes in L. Interdum, de Condict. Indebiti. Numerus uerò ſeptem teſtium in Teſtamento eſt Iuris Ciuilis, quo ad iſtam ſolennitatem, & quod differentia

maxima ſit, infra adparebit: cũ ex Teſtamento non ſolenni ubi deficit numerus ſeptẽ teſtiũ, naſcitur naturalis obligatio, ut infrà dicemus, merito non poteſt dici ſolennitas ſubſtantialis: ſicut uerborũ expreſſio in ſtipulatione ſubſtantialis eſt. Octauo facit textus in Inſt. de Hære. ab inteſta. in princ. iuncta glo. ibi in uerb: non Iure. ubi qui fecit. Teſtamentum, abſq; Teſtium ſolennitate, inteſtatus decedit. Reſpondetur, ut ſupra dictum eſt, ad iſtum textum. Nono adducebatur, quod forma dat eſſe rei. d. L. Iulianus §. ſed & ſi quis. Sed ſolennitas teſtium dat eſſentiam, id eſt, ualiditatẽ. d. L. ſi unus. cũ alijs. Ergo &c. Negatur Minor. Quod ſolennitas ſeptẽ teſtiũ inducat eſſentiã, Imò magis tendit ad probandum, d. L. fina. C. de fideicom. †

26. Contrariam partem, quod non ſit ſubſtantialis pars numerus ſeptem teſtium, ſed probatoria, plures ut ſupra diximus, tenuerunt: quoru ſententia per recentiores hic probatur, ut p Crot. & Ticinenſes dicentes, hanc ſententiã in parte Iuris ueriorẽ eſſe: q etiã Doct. antiqui in d. L. 1. de condict. Indeb. & in d. L. cum quis, tenuerũt. Et Bart. hanc ſententiã in pluribus locis ſecutus eſt, non obiter ut hic: ſed magis deliberate. Et pro hac parte potiſſimum fundamentũ eſt, Nam ſi uerum eſt numerũ ſeptem teſtiũ eſſe partẽ ſubſtantialẽ, ſequeretur, quod ex teſtamento non ſolenni nõ naſceretur naturalis obligatio, d. L. 1. iuncto §. ſi quis ita, de uerb. obligat. quod falſum eſt: cum ex Teſtamento non ſolenni naturalis obligatio naſcatur, ut Gloſſæ in pluribus locis dixerunt, in d. L. 1. de condict. Indebiti: & in d. L. cum quis. Et hoc modo Bart. eſt ſibi contrarius ſecundum Doct. Verum quia totus ſcopus iſtius quæſtionis in hoc argumento conſiſtere uidetur. † An ex

27. Teſtamento nõ ſolenni oriatur naturalis obligatio necne, propterea inſiſtendum eſt circa iſtud argumentũ. Iſte eſt difficilimus articulus, An naſcatur naturalis obligatio ex Teſta. nõ ſolenni. Tenendo ſententiã Petri, & aliorũ antiquorum in d. L. 1. & d. L. cum quis, ut nullo modo naſcatur naturalis, facilè reſpondebitur ad iſtud argumentũ. Petrus mouebatur duobus. Primò, naturalis obligatio naſcitur ex conſenſu. L. ſtichum §. naturalis, de ſolut: Hic non eſt conſenſus hæredis. Ergo &c. Secundo cum actus peccat in forma, neq; naturalis neq; Ciuilis naſcitur obligatio, d. §. ſi quis ita. Et iſtud argumentũ adducebant Alexan. & Iaſ. ut ſupra uidiſtis. Iaſ. in d. L. 1. nu. 12. uerſ. Quarto pro iſta, ſententia Petri ponderabat duo iura. Primo tex. in d. L. hac conſultiſſima §. ex imperfecto. C. de teſtam. ubi dicitur, ſi teſtator faceret Teſtam. inter liberos, et extranei ſint admixti, & Teſtam. non fuerit ſolenne, Legata facta accreſcunt alijs. Arguit ſic Iaſon. Si legatum relictũ ex Teſtamento non ſolenni deberetur naturaliter, ſequeretur, quod non poſ-

28. ſet filijs accreſcere: † quia Ius Accreſcendi locum non habet ſi non in totũ deficiat, per glo. in L. ſi duo, de Iure Iu. in uerbo iuraſſet, in fine. Secundo ponderabat tex. in L. ſi ueritas, C. de fideicom. dũ ibi tex. uult, q̃d ita demũ Legata relicta in Teſtam. non ſolenni debeantur, ſi ſtipulatio interuenerit: ergo textus uult, quod ſi promiſſio facta fuiſſet de ſoluendis Legatis nudo pacto, quod hæres non teneretur ſoluere legata: & tamen ſi uerum eſſet, quod ex Teſtamento non ſolenni nata fuiſſet obligatio naturalis, certè ſufficere debuiſſet ſimplex promiſſio: Quia quando præcedit

præcedit naturalis obligatio & alia ſub ſequitur, tunc ex duabus obli-
gationibus naturalibus naſcitur obligatio. L.fina. ubi Ange. & Bald. C. ad
Leg. falcid. probatur in Conſtituto, nã naturalis obligatio deduci poteſt.
L. 1. §. debitum de conſt. pec. † Verum uerior eſt ſententia glo. in d. 79.
L. 1. de condict: indeb. & in d. L. cum quis, quam Bart. ibi ſequitur,
Quas glo. Doct. communiter ſequuntur: ut ex Teſtamento nõ ſolenni,
naſcatur naturalis obligatio. Et quod uera ſit hæc ſententia, nemo negare
poteſt, quum conſenſus Teſtatoris interuenerit, & quod æquum
ſit ſeruare uoluntatem Teſtatoris patet in L. in Teſtamento de fideicom.
libert. Eſt bonus tex. in L. ij. C. de fideicom. † Nam cum teſtandi facultas 80
ſit à Iure gentiũ cognita, & eius ſubſtantia ſit de Iure gentium, ſi interuenit
duorum teſtium ſolennitas, prout Ius gentium & diuinum ſtatuit: certum
eſt, quod interuenit naturalis obligatio, ut in L. cum amplius §. is natura
debet. de reg. Iu. ubi naturaliter debet quis, quando præceptũ ſit Iur. gentiũ.
Hinc uidemus Teſtamentum inter Milites duobus teſtibus ualidũ fore. L.
Lucius, iuncta glo. in uerbo probationibus, ſupra de teſt. mili. & lex reduxit
ſtatum Militum ad Ius gentium, auferendo ſolennitatem inductam de Iure
Ciuili, ut in L. 1. & L. diuus, ſupra de teſtam. milit. Et hæc confirmantur per
ea, quæ Panormi. & alij tradunt in c. Quia plerique prelati, de Immunit. Eccl.
† Vbi uolunt, hæredem in foro poli teneri ad executionem uoluntatis
Teſtatoris circa Legata & alia, ſi notitiam habet Ratio eſt: quia nata erat na- 81.
turalis obligatio. Et pro hac ſententia adduco bonum textũ in ſua ratione,
in L. & ſi inutiliter fideicõmiſſũ. C. de fideicommiſ. ibi, nõ ſolũ ex ſcriptura
ſed ex conſcientia. † Sed nulla poterat eſſe conſcientia, niſi eſſet nata na- 82.
turalis obligatio, & ille textus optime probat ſententiam Canoniſtarum
in d. c. quia plerique, & Bald. in d. L. & ſi inutiliter. Quod conſideratur
conſcientia, quando ammittuntur Iuris apices. Facit, quia æquitas ſemper
attendi debet, remotis omnibus ſubtilitatibus Iuris, ut Iureconſ. nos ad
monet in L. ſi ſeruum §. ſequitur, de uerb. obliga. Facit etiam, quod uolun-
tas Teſtatoris adpareat, quo ad æquitatem naturalem: nam ſolennitas
ſeptem teſtium introducta eſt ad tollendam falſitatem d. L. fina. C. de
fideicommiſ. Et hanc ſententiam tenendo, non obſtant rationes Petri
& aliorum. † Et primo, quod non ſit nata naturalis obligatio, quia hoc ne- 83.
gatur: cum æquitas Iuris gentium & naturalis aliud ſuggerat, confirmando
teſtamenti factionẽ una cum lege Moſaica, & diuina, ut in d. c. cũ eſſes: ubi
diſponitur ualere teſtamentũ corã duobus teſtibus. Non obſtat ſecundo,
quod peccatũ ſit in forma: & ideo obligatio naturalis naſci non debeat. d. §.
ſi quis ita: nam reſpondetur ut ſupra dictũ eſt, quod diuerſa ſunt ſtipulatio et
Teſtamentũ. Nam cũ ſtipulatio merè cognita fuit à Iure Ciuili, d. § de con-
ſtitута, merito Ius Ciuile ſubſtantiam & formam ſimul inducendo, ſtipula-
tionis ſublata forma, diſponit, ut actus ſit omninò nullus. Quod ſecus eſt
in teſtamẽto: cũ enim Teſta. à Iure gentiũ, & lege diuina ſit introductũ merito
Ius Ciuile tollere nõ potuit naturalẽ obligationẽ. §. Sed naturalia, Inſt. de Iu.
Nat. Gen. & Ci. L. eos. de capi. dimi. facit tex. in L. 1. & ij. de uſurf. ea rer.
quæ, uſ. conſum. Non obſtat d. §. ex imperfecto, quia naturalis obligatio
cum

(cum ſit inefficax,& non pariat Iuris effectum)non impediret Ius accreſcendi, quando Teſtamentum non eſt ſolenne,ut Doct. tradunt in L. Re coniuncti.Non obſtat d.L.ſi ueritas,quæ magis urget,quia dicitur,textum loqui in facti contingentia,neque hinc colligi argumentũ, (prout facit Iaſ.): quia reſultaret abſurdũ,& eſſet contra leges,ut patet in d. L. fina. C.ad leg. falcid.ſecundum intellectum ibi. Ange. Bald.& aliorum, ut nuda pactio hæredis ſoluere pro mittentis integra Legata,ipſũ compellat efficaciter.Item eſſet contra d. L. & ſi inutiliter, & contra rationes ſupra adductas.

14. †. Et ex hac diſputatione an naturalis obligatio oriatur ex Teſtamento nõ
15. ſolenni,plures effectus conſiderari poſſunt. † Nam ſi nata fuerit naturalis obligatio,& eſſemus in terris Eccleſiæ, tunc hæres compelleretur præſtare Legata:Quia pactum nudum de Iure Canonico, ex quo naſcitur naturalis
16. obligatio parit actionem.c. 1.& ibi Doct. latiſſimè,extra de pact. † Secundus effectus eſſet, quod illa naturalis obligatio pareret ſoluti exceptionem
17. ut in L. Iuris gentium,§. igitur nuda.de pact. † Item in foro poli quis teneretur ſeruare uoluntatem Teſtatoris, prout per Panormi. & alios,in d. c.Quia plerique.& ſentit textus in d. L. & ſi inutiliter, & ibi Bald. Item talis obligatio transferri poſſet in conſtitutum, ut in L. 1. §. debitum,de conſt. pecun.Et plures ſunt effectus, quos ſolet parere naturalis obligatio, ut per Bart.& Doct.in L.ex hoc Iure,de Iuſt.& Iu. Tenendo tamen ſententiam Bart.& magis com munẽ,reſpondere potes. Quod licet numerus teſtium non ita æquiparetur formæ ſtipulationis, ut ex ea naſcatur naturalis obligatio,non tamen inficiari poteſt, quin ſolennitas ſeptem teſtium non ſit ſolennitas ſubſtantialis, ex quo propter defectum illius ſolennitatis Teſtamentum eſt nullum & inualidum.d.L.ſi unus. Imò pro nullo habetur. L. ſi non ſpeciali.C.de teſtam.cum alijs iuribus ſupra adductis. Secundo pro hac ſententia facit textus,in d.L. fina. C. de fideicom.duobus modis illum textum ponderando.Et iſtum textum plurimum annotant recentiores hic a Monteferrato,& Ticinenſes. Primò, dum Imperator rationem adducit, quare lex noluit eſſe contenta dicto duorum uel trium teſtium:ſed numerũ ſeptem teſtium pro ſolennitate induxit, ut tolleretur falſitas, quæ facilius committi poſſet per duos uel tres teſtes,quam per ſeptem.Ergo adparet ex illo textu,ſolennitatem iſtam inductam fuiſſe à lege ad probationem faciendam,non autem ad inducendam aliquam eſſentiam ſubſtantialem. Secundo adducitur textus ille in princ. dum uult:Teſtamentum ualere unico teſte,una cum Iuramento hæredis:& ſic patet,ſolennitatẽ illam conſiderari pro ſolennitate probatoria. Sed defendendo ſententiam communem, reſponderi poſſet.Solennitatem ſeptem teſtiũ inductam eſſe pro ſubſtantia, licet probatio in conſequentiam quandam conſideretur. Et quod hoc ſit uerum probatur, nam ſi eſſet ſolennitas merè probatoria, ſequeretur,quod confeſſio hæredis ſufficeret, ſed hoc eſt falſum, ut patet ex nota.per glo.& Doct.in L.ij.C.de bon poſſ.Secund.tabu. Et hoc modo etiã reſpondetur ad principium legis. Tertio pro hac ſententia adduci poteſt textus in L. 1. ſupra de iniuſt.Rupto Teſtam.ubi expreſſè Iurecconſ.facit differentiam, An Teſtamentum ſit non ſolenne, uel factum non ſeruata forma. Primo caſu

dicitur

dicitur irritum & imperfectū. In ſecundo uerò caſu dicitur nullius momen-ti. Ergo adparet ſolennia non inducere eſſentiam rei. Sed reſpondetur ad iſtum textum una cum ſimilibus. Quod licet Teſtamentum non ſolenne differat à Teſtamento in quo non eſt ſeruata forma, tamen quantum ad effectum Iuris æquiparantur iſta. Nam ſicut Teſtamentū eſt nullum for-ma non ſeruata, ita etiam ubi deficit numerus ſeptem teſtium, ut patet in d. L. Scimus, cum alijs iuribus. Et hoc caſu ſatis conſtat, quod dici poteſt nu-merus ſeptem teſtium ſolennitas ſubſtantialis. Quarto etiam adduci po-teſt textus pro hac ſententia, in L. hac conſultiſsima in fin. C. Qui teſtam. face. poſſ. ibi. inſidijs tot oculis ſpectata. Ergo ibi adparet: Numerum te-ſtium in ductum eſſe ad tollendas inſidias & fraudes, non autem ad eſſen-tiam inducendam. Sed ad illum textum reſponderi poteſt, ut ſupra proxi-mè dictum eſt. Quinto & ultimo pro hac ſententia facit, & iſtud uidetur plurimum urgere Iurecon. Quod eſt de ſubſtantia rei, eſt immutabile.
† Nam ſubſtantia & forma dant eſſe rei, & quicquid fit contra ſubſtan-tiam rei, eſt nullum & uiciat rem. L. cum de precario, de preca. L. Lucius. Depoſi. L. ij. de uſufru. ear. rer. quæ uſu conſ. Sed ſolennitas iſta ſeptem te-ſtiū uel alterius numeri eſt mutabilis, & uariabelis, prout infra probabo. Er-go ſequitur, numerum teſtium non eſſe partem ſubſtantialem. Minorem probo. Videmus in teſtamēto militis ſufficere duos teſtes. L. 1. & L. Diuus, ſupra de Milita. teſtam. cum nota. Videmus quoq; de Iure diuino, Gentiū, & lege Canonica hoc ſtatutum eſſe, ut in c. cum eſſes, & c. Relatum, extra de teſtam. Videmus interdum quinq; teſtes ſufficere in teſtamento, ut L. fina. C. de Codicill. Quandoq; lex requirit octo, ut in L. hac conſultiſsima. C. Qui teſtam. fac. poſſ. Interdum unus cum Iuramento hæredis. d. L. fina. C. de fideicommiſſ. Interdum etiam abſq; ullo Teſte: ut in teſtamento fa-cto coram Principe, uel ſi preces in reſcripto porrectæ fuiſſent principi, ut in L. omnium Teſtamentorum. C. de Teſtamen. Videmus etiam hoc poſſe Principem remittere, ut in L. ſi non ſpeciali. C. eod. tit. facit etiam textus, in L. ſi quando. C. de inoff. teſtam. ubi in dubio non præſumitur princi-pem remittere ſolennitates Iuris. Sed ſi cōſtat, præſupponit textus prin-cipem hoc poſſe. Et hoc fundamentum optimè uidetur probare ſententiā Bar. in præallegatis locis. Sed ad iſtud argumentum reſponderi poteſt, fa-tendo etiam argumentum, quod licet ſolennitas teſtium ſit mutabilis, ut oſtenſum eſt, tamen non ſequitur quin numerus ſeptem teſtium in teſta-mento nō ſit ſubſtantialis pars. † Nam ex quo lex in ſpecie reſtrinxit ſe ad iſtum numerum, & figit pedes, ut ſi aliter fiat teſtamentum illud ſit nullum, d. L. ſi unus, cum alijs, ſequitur quod iſto reſpectu dici poteſt ſubſtantialis: non ex quo lex in ſpecie uoluit ſeptem teſtium numerum in teſtamento in-teruenire debere. Hoc ergo caſu dicitur ſubſtantialis licet in genere non ſit. Et ad hoc facit ſimile Philoſophorum, & Theologicum exemplū, ut dicit Bart. in L. Stipulationes non diuiduntur, num. 3. in fin. de uerb. obliga.
† Quod licet anima ſit in toto corpore, tamen reſtringi poteſt ad partem: & ſemper eſt eadē anima, non diminuta, ſed modificata. Et ita ſi ager diui-ſus ſit in plures partes, qui debeat aliquam ſeruitutem, in qualibet parte agri

Margin numbers: 88. (beside "† Nam ſubſtantia & forma"), 89. (beside "mento nō ſit ſubſtantialis pars"), 90. (beside "† Quod licet anima")

erit ſeruitus: & non diuiditur ſeruitus. L. uia cōſtitui. §. fina. de ſeruit. Ruſt. præd. ſic in propoſito noſtro, ex quo lex reſtrinxit ſe ad iſtam ſpeciem, dicitur eſſe ſolennitas ſubſtantialis. Et ex prædictis omnibus conſtat iſtum articulum eſſe ad utrunq; partem diſputabilem. Et reperio hanc Quæſtionem ad utrunq; partem diſputaſſe clariſsimum Iuriſcon. dominū Fabium Narnienſem in noſtra Academia ordinarium Profeſſorem: qui lectiones
91. ueſpertinas, quas ego proſecutus ſum, profitebatur. † Tamen utraq; pars facile poterit ſimul reconciliari, præſupponendo, quod in Iure noſtro dupliciter accipitur pars ſubſtantialis, propriè, & abſolutè: impropriè, & largè: licet Philoſophi aliter diuidant ſubſtantiam, dicunt enim (ut Bart. refert in L. uniuerſa. C. de prec. Imp. offer.) duplex eſt ſubſtantia, Eſſentialis, & Accidentalis. Propriè & abſolutè pars dicitur ſubſtantialis, abſq; qua nihil poteſt deduci in eſſe, & quæ omninò impedit actum aliquem ad eſſe deduci, & ſic impedit modum ineundi. Et plura exempla ad hoc adduci poſſent. Primo (exempli gratia) in forma ſtipulationis. Non poteſt deduci ſtipulatio abſq; uerborum conceptione, ut patet in L. 1. in princ. & in definitione Iureconſul. in L. 5. §. ſtipulatio, de uerbo. oblig. Et propterea ſi non interuenit ſubſtantia formalis, tunc actus non poteſt deduci in eſſe: & ſi peccatum eſt in forma, & ſubſtantia, actus eſt ipſo Iure nullus. d. L. 1. §. Si quis ita. de uerb. oblig. Poni etiam poteſt exemplum in contractu precarij. Nam ſi conuentio aliqua adponatur contra ſubſtantiam illius contractus, actus eſt ipſo Iure nullus. Item exemplum poni poteſt in contractu Emptionis & Venditionis. Nam ſi non interuenit precium, contractus nō poteſt deduci in eſſe, nec habet effectū, neq; efficaciam Iuris. Exemplū aliud eſt quod in uēditione bonorū pupilli, interuenire debet auctoritas tutoris. L. lex quæ tutores, cum toto tit. C. de adminiſtr. tuto. & tamē ſi fiat uenditio abſq; tutore, Venditio nō in totū redditur nulla, ſed eſt imperfecta. Nā pupillus ſi proximus eſt pubertati obligať naturaliter. L. 1. de Nouat: Plura exempla adduci poſſent, prout Bart. doctrinā tradidit, in L. prolatam. C. de ſent: dando regulā, quod illa dicūtur ſubſtātialia, abſq; quibus actus cōſiſtere nō poſsit. † Redeundo ad quæſtionē noſtrā, ſi quærimus, an numerus ſeptem teſtium ſit ſolennitas ſubſtantialis nec ne, tunc ſi accipimus ſubſtantiā abſolutè, & propriè, nō erit numerus ſeptē teſtiū ſubſtātialis: nā in numero ſeptem teſtiū non cōſiſtit ſubſtantia teſtamenti, ſed ſubſtantia teſtamenti conſiſtit in uolūtate teſtatoris, prout adparet in definitione Iureconſ. in L. 1. ſupra de Teſtamentis, dū dicit, Teſtamentū eſt iuſta ſententia uolūtatis noſtræ. Hinc uidem⁹, qđ licet aliquib⁹ perſonis remiſſæ ſint ſolēnia Iuris in teſtamētis, ut in milite, & alijs: nō tamen diſpenſatū eſt cū militibus, quo ad ſubſtantiā teſtamenti, ſcilicet quo ad uoluntatē, ut expreſſe adparet in L. fin. C. de teſtamētis milit. ubi Imperator omninò dānat antiquā cōſtitutionē, quę cōcedebat pupillo militi poſſe teſtari, & rationē ibi adſignat, qđ ex quo pupillus nō habet cōſenſum, et ſic uolūtatē, merito cū ſit defectus Iuris naturalis, nō poterit teſtari. Forma & ſubſtātia etiā in teſtamēto cōſideratř, ut unico cōtextu fiat: & iſta eſt ſubſtātia formalis. L. hæredes palā. §. fina. ſupra de teſtamentis, & L. cum antiquitas C. eod. tit. Et ita in ſpecie

92. (margin, beside "ſiſtere nō poſsit. † Redeundo")

Bald.

Bald.dicebat in L.1.in eius repeti.C.de ſacroſ.Eccle.num.54. Et hoc modo procedunt omnia argumenta ſupra adducta pro parte negatiua. Secundo uerò caſu, ſi cõſideratur numerus ſeptem teſtium, quo ad ualiditatẽ actus, & Iuris efficatiam, ſi nõ interuenit prædictus numerus teſtium, teſtamentum eſt imperfectum, & nullũ, ut in d.L. ſi unus, in d.L. Si quis Legatũ, 2. reſponſo, cum alijs. Ratio eſt: quia licet ſubſtantialia interueniant, hoc eſt, uoluntas & forma: deficiunt tamen accidentalia, quæ lex habet pro ſubſtantialibus, quantum ad effectum Iuris. Et iſto caſu procedit ſententia Barto.in L.noſtra, quia Bar.hic non tam propriè locutus eſt, ſicut in d.L.1. de cond.Indeb.& in d.L.cum quis: ſed conſiderauit Bart. noſter hic ſubſtantiam largo modo: quia abſq; ſolennitate ſeptem teſtium teſtamentum eſt nullum: & hoc propter dictum eius, in d.L.prolatam, ut omnia dicantur ſubſtantialia largè, abſq; quibus actus ualere non poteſt. Et ita Doct. etiam in pluribus locis largè & impropriè locuti ſunt, ut per Panor.in c.fin. extra, de condit. appoſ. in ult.nota. Ange.in conſ.87.inc.pro Deciſione. Et ita præceptor meus quoq; accipit ſubſtantialia, in d.L.2. nu.vi. C. de bon. poſſ.Sec.tab. Et ex iſtis clare adparet recõciliatio in iſto articulo. Et ſi Doct. ita animaduertiſſent, non ita inter eos pugna fuiſſet, neq; uoluiſſent Bart. ſibi contrariari: Imò Bart.optimè hic, & in alijs locis locutus eſt. Sed Doct. non poterant ſe explicare in cõtrarietate Bart.hic, ac ſententia cõmuni: quia hic dicunt ſententiam Bart.eſſe cõmunem, & in d.L.1.& in d.L.cum quis.

† Ex prædicta noſtra diſtinctione quæro, An ſolennitas duorũ, uel triũ teſtium, iuxta textum, in d.c.cum eſſes, ſit ſolennitas ſimpliciter & propriè ſubſtantialis, adeo ut neq; conſtitutione aliqua, uel lege Municipali tolli uel diminui poſſit? Et uidetur, ut ſolennitas duorum uel trium teſtium in teſtamento, Iure Municipali diminui non poſſit: ex quo hoc Iure diuino traditum eſt: in ore enim duorum conſiſtit ueritas &c. Et Ius diuinum tolli non poteſt per legem poſitiuam, uel ſtatutum, ut not. Et ibi Doct.in L.fin. de conſt.Princ.& Canoniſtæ in c.Quæ in Eccleſiarum, extra de conſt. Et ita dicunt hoc uerum eſſe, Ange. Imo. Caſtren: in L.3.ſupra de teſtamentis & ſequitur Iaſ.in L.cunctos populos.C.de ſum.tri.& fi.cath. hoc etiam ſentit Alex. in L.2.ſupra eod.tit.quòd ſi Iure Municipali caueretur, ut ſufficerent duo uel tres teſtes, eodem modo quis poſſet tunc codicillari, per reg.d.L.2.ſupra eod.& ita ego alias dixi in d.L.2.ſupra eo. ut in noſtris Cõmentarijs nouiter excuſsis adparet. Tamen uidentur aliqua facere cõtra hãc communem ſententiam. Primo, textus in d.L.omnium teſtamentorum, ubi coram principe teſtamentum factum abſq; teſtibus ualet: ergo adparet per principem, & ſic per legem poſitiuam, non poſſe tantum diminui: ſed in totum tolli. Et hoc præſupponendum eſt, ſi ſtatuentes nõ recognoſcerent ſuperiorem: in inferioribus enim nullum eſſet dubium. Et iſtud argumentum procedit, tenendo, d.L.omnium procedere abſq; ullo teſte. Licet glo.ibi hoc non firmet, tamen glo.alibi hoc firmauit, ut patet in d.L.hac cõſultiſsima. Et quod tex.ille procedat abſq; ullo teſte, uoluit Fulg.Cuman. Caſtrenſ.Iaſ.& plures alij. Et hoc probatur ex illo textu in princ. dum tex. ibi dicit, quod quãdo teſtamentũ fit coram principe ualidũ ſit: propter tot 53

D ij probos

probos & fideles homines, qui ſemper ad latus principis adſiſtūt. Secundo cp̄a uidetur obſtare tex. in d. L. fin. C. de fideicom. in prin. inducendo ut ſupra dictū eſt. Tamen his non obſtantibus, non recedendum eſt à ſententia cōmuni: & eam ſecutus ſum in L. 2. ſupra eod. pro qua primo uidetur facere textus in d. L. fin. in uerſ. lex etenim, dum Imperator ibi quærit, & reddit rationē, quare lex poſitiua ſtatuerit, ut ultra duos, uel tres teſtes in teſtamento ſeptem requirerentur. Et ſic ſentit ibi Imperator ſolennitatē duorū uel trium teſtium eſſe ſubſtātialem. Et iſta ſententia probatur uiua ratione, ut huiuſmodi Ius Municipale ualere non debeat: nam facilius cōmitterentur fraudes, & inſidiæ in numero duorum uel trium teſtium, quā in numero ſeptem: & daretur occaſio facilimè delinquendi & peccandi, cum introduci poſſent falſitates, quæ ipſemet Imperator proſpexit, in d. L. fin. uerſ. Lex etenim. C. de fideicom. quo caſu talis lex iniqua & iniuſta eſſet. † Sed
94. lex debet eſſe ſemper iuſta, & honeſta, & non continere iniquitatem, neq; præſtare materiam delinquendi. c. erit lex. 4. diſtinct. L. ex facto in princ. & ibi diximus, ſupra de uulga. & pupill. Ideo uidemus leges ſemper prouidere, & occurrere, ne cōmittantur fraudes. L. cōparationes, de fid. Inſtru. Ideo licet in ore duorū, uel triū ſtet omne uerbū, tamen ex quo præſtatur materia delinquendi, ad hoc prouidendum, debemus omninò negare poſſe hāc ſolēnitatē immutari. Et ideo Bar. & Doc. in L. omnes populi, de Iuſ. & Iu: †
95. dicunt legem poſitiuam noſtram potuiſſe præter Ius diuinū, addere ſolennitatem ſeptem teſtiū, & bene conſultū fuiſſe, ad tollendam materiam peccati: quæ magis cōmitteretur, ſi teſtamētum abſq; duobus uel tribus teſtibus ualere poſſet. Non obſtat. d. L. omnium teſtamentorū, quia reſpondetur, quod ibi eſſet omnis ſiniſtra fraudis & falſitatis ſuſpicio. Nam (prout dicit ibi textus, in princ.) quia ſemper penes principem plures adſunt fide dignæ perſonæ, non præſumitur falſitas: & ideo ceſſante ratione fraudis, lex ita ibi ſtatuit. Et hoc eſt uerius, quā dicere, quod ibi duo teſtes debeant interuenire. Non obſtat etiam d. L. fin. in princ. quia (prout infra dicemus) cum interuenit ibi iuramentum, ceſſat quoq; ſuſpicio. Item ille actus ualet, in uim contractus. Et circa prædicta nō omitto unum, quod ſingulare eſt,
96. ad d. L. omnium teſtamentorū. † Quod ſicut coram principe ualidum eſt teſtamentū abſq; teſtibus, eodem modo ſi à principe factū ſit teſtamentū. Et iſte textus in fortioribus optimè facit. Ita dicebat Bald. in L. in donationibus. C. de Donat. ut Doct. dicunt in d. L. omnium. Sed dictum Baldi in libro meo non reperitur, & quod dicunt Bart. conſuluiſſe in quodam dominio dominorum Vrſinorum, credo in ſe dictum uerum eſſe.
97. † Secunda cōcluſio ex dictis Bar. colligit̄ Heredis inſtitutionē, quoq; eſſe partē ſubſtātialē in teſtamēto: nā abſq; hæredis inſtitutione teſtamenū eſt nullū. L. p̄ximè, ſupra de his quæ in teſtamento delen. §. ante hæredis, Inſt. eo. L. fin §. ante hæredis, ſupra de Codicil. Et hoc modo diſtinguunt̄ codicilli à teſtamēto. L. nō codicil. C. de teſtamētis Nā hęreditas nō poteſt dari codicillis per hęc uerba formalia, hęredē inſtituo, & ſimilia. L. hæreditatē, C. de Codicil. Et adeo nobile eſt nomē hæredis in teſtamēto, ut ſi in quota parte bonorū, uel in re certa aliqua adponat̄, in uniuerſū trahat̄. L. 1. §. ſi ex

fundo

fundo, ſupra de hær. Inſt. Et hoc uerũ eſt, ut dicit ibi tex. nullo adiecto hæres de. Si uerò fuerit adiectus cohæres, tũc inſtitut' in re certa, loco Legatarij habetur nõ hæredis. L. quotiens, C. de hæred. inſt. † Et nomen hæredis nõ eſt cognitũ quo ad ſubſtantiam, & originem à Iure Ciuili, ſed cognitũ fuit à Iure gentium: nam teſtamenti factio (ut diximus) eſt de Iure gentium, quo ad ſubſtantiam. Et hoc probatur in L. uerbis legis, de uerb. ſignifi. Nam licet hæreditas ſit nomen Iuris, tamen quo ad ſubſtantiam, eſt cognita de Iure gentium: ut Bart. & Doct. dicunt in Rub. ſupra de acq. hæred. † Animaduertendum tamen eſt, quod hæredis inſtitutio non eſt ſimpliciter pars ſubſtantialis, prout Bart. hic dicit, ſed eſt formalis: differentia enim eſt inter ſolennitates ſubſtantiales, & formales. Nam hæredis inſtitutio (ut diximus) eſt caput, & fundamentũ teſtamenti, dictis iuribus, & ita Bald. melius de hoc ſentiens, dicit, in L. 1. nu. 5. C. de Sacroſ. Eccl. ſicut etiã (ut diximus) contextus in teſtamento, eſt etiã ſolennitas formalis. 98. 99.

† Tertia concluſio colligitur in ſpectantibus ad tenorem teſtamenti, Teſtatorem habere pleniſſimam poteſtatem, & arbitrium diſponendi: Is enim quoſcunq; hæredes uoluerit, inſtituere poteſt, dũ modo nõ ſint à lege prohibiti, Poteſt etiã cuilibet Legata relinquere, poteſt imponere formã & modum, nec nõ conditiones in ſua diſpoſitione. Et ita Bar. hic ſoluendo cõtrariũ L. in conditionibus, infra de condit. & demonſt. dicebat. Et ita intelligitur tex. in §. diſponat, in auth. de Nupt. ubi Teſtatoris uoluntas pro lege habet. Et ita dictabat lex duodec. tab. Vti quiſq; legaſſet ſuæ rei, ita ius eſto: ut I. C. refert in L. uerbis legis, de uerb. ſig. & imperator in d. §. diſponat. 100.

† Quarta concluſio eſt, ut Teſtator non poſſit teſtamenti ſolennitatibus, uti ſubſtantialibus, derogare. Plura exempla adponebat Bart. ut hic per eum. Bart. dictum intelligitur procedere, quantum ad ipſum teſtatorem, ut derogare nõ poſſit legibus, iuxta terminos L. noſtræ, quo uerò ad hæredes ſecus procedit: nam hæres poteſt adprobare teſtatoris uoluntatem etiam non ſolennem. L. ſi ueritas. C. de fideicom. & in L. fin. C. eod. 101.

In ſecunda parte glo. opponitur L. Codicillis §. fin. infra tit. prox. Et iſta eſt ſecunda oppoſitio Bart. ſecundũ eius ordinem. Ex ſolutione glo. & Bart. colligitur. † Quod ex quo teſtator in d. §. fina. adiecit uerba hæc in teſtamento, ut ſi minus peritè fecero, pro iuſta & legitima haberi debeat uoluntas mea, quod per huiuſmodi uerba intelligitur clauſula Codicillaris, ut actus ualeat omni meliori modo quo poſſit. Hac clauſula Notarij frequenter utuntur in teſtamentis. Et Bart. hic dicit, quod in d. §. fin. licet non fuerit ſeruata ſolennitas debita in teſtamento, ſeruata tamen fuit iure codicillorum. Videtur dictũ glo. & Bart. licet Doct. non dicant, habere aliquam difficultatem, & quod glo. & Bart. diuinent ad illum textum, quod ſolennitas legitima interuenerit in codicillis: Ibi enim nullum uerbum colligitur, neq; ex uerbis Teſtatoris, neq; ex dictis Iureconſ. Nam in codicillis requiruntur quinq; teſtes. L. fin. C. de Codic. L. fin. C. de don. cau. mor. Imò uidetur textus potius probare contrariũ, quod omnis ſolennitas fuiſſet omiſſa: dũ tex. ibi dicat, referens uerba Teſtatoris: ſine ullo Iuris perito condidi teſtamentum, rationem animi 102.

mei ſecutus potius, quam nimiam & miſeram iuris diligentiam. Quæ uerba uidentur potius importare omiſſam fuiſſe ſolennitatem. Tamen defendendo ſolutionem glo.& Bart.præſupponere debetis, ſolennitatem interfuiſſe ſaltem legitimam quo ad Codicillos, & quamlibet aliam ſpeciem ultimæ uoluntatis: alias ſi non fuiſſet ſolennitas requiſita in Iure, malè Iureconſ. ibi conſeruaſſet uoluntatem Teſtatoris. Præſupponendi ergo ſunt termini habiles ad deciſionem Iureconſ. Et diſpoſitio d.L.Codicillis, §. fin. extenditur etiam ſi in Teſtamento adpoſitum fuerit Iuramentum. Nam uirtute Iuramenti, diſpoſitio Teſtatoris non ſolennis trahitur ad clauſulam Codicillarem, uel ad clauſulam omni meliori modo. De hoc eſt textus ſingularis, prout ibi Bart. in L. cum pater, §. filius matrem, infra tit:proximo. Hoc idem uoluit Bart. in L. ſi quis maior. C. de Tranſact. & in pluribus alijs locis. Et ita illum text. pro ſingulari notat. Matthes. in ſuo ſing.26. Dec.etiam in conſ.404.inci. Viſo eleganti conſilio,nu.9.lib.3.

103. † Adde etiam unum, quod etiam clauſula Codicillaris continetur,licet adpoſita non ſit per Teſtatorem: quando ſumus in Teſtamento inter Liberos condito.Ita uoluit glo. ſingularis,in L.cohæredi, §. cum filiæ in uerbo non fuerit,ſupra de uulg. & pup. Quam glo. ibi plurimum extollit Imo:Et ita Alexan. in L. hac conſultiſſima,§.ex imperfecto in fin.C.de Teſta.& ibi laſ.nu. 8.

104. † Ad unum etiam animaduertendum eſt,quod eſt tutius uti clauſula, qua uſus fuit hic Teſtator in d. §. fin. ibi,ſi qu.d minus peritè &c. Nam clauſula codicillaris regulariter non contineтin teſtamento, niſi à Teſtatore expreſſa fuerit. L.fin.C.de Codic.Bar. in L.ſepiſſimè,nu.10,in fine,ſupra de lu. Codic.dicebat, Notarios plerunq; adponere hanc clauſulam codicillarem, magis ex conſuetudine & ſtylo,q̃ quod ex mente Teſtatoris proueniat. Et propterea ſi ex uerbis Teſtatoris hoc adpareat ut in d.§.fi. ceſſabit omnis diſputatio: & plurimũ refert hoc, an clauſula iſta codicillaris ſit expreſſa ex uerbis Teſtatoris,uel ab ipſo Notario in genere.

105. † Nam ſi Notarius interrogatus fuiſſet, quid eſſent Codicilli, & quid importarent iſta uerba, & neſciret reſpondere (ut plerunq; contingit. Notarios imperitos eſſe) tunc illa clauſula nihil ualeret.Ita conſilium tradebat Alber:in L.fina.ad Velleian. Quod interrogari deberet Notarius quid eſſet Senatus Conſultum Velleianum,et ſi ſe neſcire reſpondebat,renunciatio facta per mulierem Senatus Conſulto Velleiano, mulieri nõ nocebat,& ita Alex.in addit:ad Bar.in d.L.fin.Nos latè diximus de d.cto Alber:in L.ſciendum,de uerb.obl.

106. † Iuxta d.L. Codicillis,§.fin. Caſtr.hic,& poſt eum Alexan.quærunt. Quid ſi Teſtator ſolenniter corã ſeptem teſtibus condidit Teſtamentũ, hæredes inſtituendo,& dixit ſe uelle codicillari:An hoc caſu debeat diſpoſitio Teſtatoris ualere in uim Teſtamenti,uel Codicillorum? Ioan.Andr.in addit.ad ſpec.in tit.de Inſtr.Edit.§. compendioſe,in uer.int.ad intellectũ refert,Dyn.conſuluiſſe,ut talis diſpoſitio ualeret ut Teſtamentũ,& non ut Codicillus:quia hoc fauorabilius erat Teſtatori,ut decedat teſtatus, quàm inteſtatus. Caſtrenſ:contrarium dicit per L. fin. C. de Codic. ubi licet Teſtator dixerit ſe uelle Teſtari & codicillari, in electione hæredis erit hæreditatem recipere iure Teſtamenti

uel

uel Codicillorum. Adducebat etiam textum noſtrum hic cum dicto generali. † Placet mihi ſententia Dyn. ut iudicetur iſta diſpoſitio uti teſtamentum, non ut codicillus. Ratio eſt, nam cum coram ſeptem teſtibus Teſtator condidit teſtamentum, inſtituendo hæredes, ſeruando formam teſtamenti, nominando hæredes per uerba directa, omnia iſta arguunt Teſtatorem uoluiſſe teſtari, & non codicillari. Et ad hoc uidetur mihi opt. text. in L. non codicillum, C. de Teſta. ubi imperator interpretatus eſt in dubio ſimilem diſpoſitionem ualere in uim Teſtamenti, non Codicillorum, & argumentum ibi adducit textus. Nam iſta uerba, hæres eſto, uel exhæredo, omnino important Teſtamentũ, non Codicillos: licet quinque teſtes interuenerint. Tamen ſecundũ gl. ibi, & alia eſſent indicia. Secundo facit tex. pro hac ſententia in L. Teſtamentum, C. eod. de Teſta: Quod ſi Teſtator expreſſe dixerit, facio teſtamentum, licet aliqua uerba adpoſita ſint, quæ uideantur immutare naturam teſtamenti, tamen uti ſuperflua habentur: † Et ibi Bal. & Salyc. in fortioribus terminis uoluerunt, quod ſi Teſtator dixiſſet coram ſeptem teſtibus, ſitis teſtes præſentes contractui meo, quod tamen iſta uerba non immutarent, quin eſſet teſtamentum. † Facit quoque dictum Ange. in L. illud §. tractari, ſupra de Iu. Codi. Quod ſi Teſtator inſtituat hæredes, & Notarius dicat enunciatiue talis uolens facere codicillos, nihilominus erit eſtamentũ: & Notarij adſertio non mutabit naturam teſtamenti. Facit etiam dictum Bald. in L. Imperator, La. 1. de Sta. Hom. ut ſi rudis & imperitus Notarius dixerit, Titius uolens teſtatus decedere, fecit codicillum, tamen ualebit diſpoſitio ut teſtamentum. Plures autoritates adduci poſſent ad probandam ſententiam Dyn. Alex. hic nullam firmar. & in L. fin. C. de Teſta. addit aliquam concordiam, quæ fuit Ioan. Andr. ut ipſemet dicit in præallegato loco. Sed ut dixi, ſententia Dyni uerior eſt: pro qua optime facit, quod dici ſolet, quod quando ſumus in aliqua diſpoſitione, quæ inter ſe contraria ſit, iudicatur actus ab actu præcedenti & non ſubſequenti. L. 1. §. idem Pomponius, De po. Et hoc maxime dicendum eſt in terminis noſtris, quia etiam Codicillus largo modo dicitur teſtamentum, ut Doct. dicunt in L. ij. ſupra eod. Et ita tenendo non obſtant adducta per Caſtr. & primo tex. in d. L. fin. C. de Cod. Quia reſpondetur hoc procedere, quando expreſſe conſtet Teſtatorem uoluiſſe ſimul teſtari & codicillari, quod poteſt, & tunc utraque diſpoſitio ualet. Secus uero in caſu noſtro: ubi Teſtator uoluit codicillari, uoluit teſtari: & imperitia Notarij non debet nocere, & immutare naturam. † Nam ut dicebat infra Ange. in quodam conſilio, Notariorum imperitia deſtruxit orbem. Non obſtat etiam tex. in L. noſtra, quia in caſu noſtro, Teſtator non derogat iuribus ſi uult ut actus ualeat potius ut teſtamentum, quam ut codicillus. Nam iſta reſpiciunt magis tenorem & ſtylum teſtamenti, quam ſubſtantialia, ut Bart. ſupra dicebat proxime. Et iſta diſputatio utilis eſt: An actus iudicetur uti teſtamentum, uel uti codicillus: propter plura, quæ omitto.

107.
108.
109.
110.

† In tertia opoſitione Bar. & eius dictis colligitur, ſi Teſtator uoluerit 111.

ſolenniter

ſolenniter teſtari, & in fide hæredis poſuerit Legata, & fideicommiſſa ſol‑ uenda, qui ſic Teſtatori ſoluere promiſerit, licet diſpoſitio teſtamenti non fuerit ſolennis: quo caſu Legata & fideicommiſſa nulla eſſent. L. eam quam C. de fideicommiſ. L. ſi nemo, ſupra de teſta. tut. tamen ex quo illa uoluntas ſapit naturam contractus uirtute promiſſionis factæ ab hærede Teſtatori: compelleretur hæres ſoluere, Iſtum intellectum Bart: traditum ad L. fina. adprobant hic, Imo: Alex: & Aretin: atq; a Doct. pro ſingulari habetur, Iaſ. etiam hic iſtum intellectum inprimis comprobat, primo ex dicto Bald. in L. in tacitis, per illum textum, in ij. notab. infra eod. Secundo, quia uidemus teſtatorem poſſe ſtipulari hæredi. L. ſi tibi, §. ſi pactus, de pact. Facit etiam, quod ſolet dici, Non eſſe impertinens, contractus immiſceri in teſtamento,
112. per nota. in L. hæredes palam, §. fin. ſupra de teſtam. † Et ex iſto intellectu ad d. L. fin. Bartholo, Verenenſ: in ſuis caute: nu. 177. alias 140. multi ſunt qui uolunt, dicebat cautelam & conſilium eſſe, ut Teſtator in teſtamento procuret, ut hæres ſibi uel Notario ſtipulanti promittat de luendis integris Legatis. Nam licet dubium ſit quomodo Teſtamentum probari debeat, per nota. in L. ij. C. de bon. poſ. ſec. tab: tamen iſto caſu cum uoluntas Te‑ ſtatoris tranſiret in contractum, ſufficerent duo teſtes ad probandam Te‑ ſtatoris uoluntatem. L. ubi numerus, de teſtib. † Per hanc doctrinam
113. Bar. aliud conſilium erit & cautela, quod in Teſtamento Teſtator procu‑ ret ut hæres promittat ſibi ſoluere Legata: quia ſi contingat Teſtamentum non eſſe ſolenne, nihilominus hæres compelleretur. Et iſtud eſt optimum conſilium, & menti tenendum. Nam tunc iſto caſu non poſſet hæres op‑ ponere, quod teſtamentum non fuiſſet ſolenne, prout eſt textus in §. fin. in fin. Inſt. de fideicom. Hær. ibi, non poſſet procedere ad ſubtilitatem Iuris, Dictũ Bart. hic ab omnibus recipitur, excepto Iaſ. hic, qui conatur quibuſ‑ dam medijs Bart: ſententiam impugnare: licet dicat nõ reperiri contradicto‑ rem. Tamen ſi quis inſpiciat ſententiam Aretin. hic, ſentit Aret: licet cum Bart. tranſeat de iſtis opoſitionibus. Et fundamentum faciebat in d. §. fin. in Inſt. de fideicom: Hæred: Sed tamen defendendo Bar. reſpondetur ad illum tex. quod Iaſ. in d. L. fin. indiſtincte ſequebatur ſententiam Bart: hic uerò contrariũ, Et primo mouebatur. Videmus enim ſtipulationem interpo‑ ſitam ut in ultima uoluntate non ſeruare naturam ſtipulationis, & ſic con‑ tractus, ſed imitatur naturam ultimæ uoluntatis, ut patet in L. 1. §. ſub con‑ ditione, infra ut Lega. no. caue. ſecundo per doctrinam Bar. in L. ſi quis de‑ cedat, §. codicillis, 1. tit. ij. ubi dicit, Teſtatorem poſſe reuocare contractus initos in ultima uoluntate: quod tamen eſt contra naturam contractuum. L. ſicut, C. de obl. & Act. Tertio loco comprobat ex dicto Bal. in L. fin. per illum tex. de reb. co. ubi irrito Teſtamento reuocantur omnes contractus in eo initi. Quarto pro eius ſententia dicebat eſſe caſum in d. §. fin. Inſt. de fideicom. Hæred. Qui textus trahitur ex d. L. fin. C. de fideicom & tamen ibi dicitur, quod ſi hæres promiſerit Teſtatori ſoluere integra Legata, & fideicommiſſa, tamen remanet ultima uoluntas, & non ut contractus
114. iudicatur, ut patet ibi, ne uoluntas pereat. † Iſtis tamen non obſtanti bus, non eſt recedendum à Bart. quem ultra antiquos hic, Crot. Ripa. Rui.

Rui:& Bononienſes recentiores ſequuntur, & benè ſentiunt: quia expreſſè aderat dictũ Bar.in d.L.fin C.de fideicom.in d.§.fin.Inſti. Non obſtan adducta per Iaſ. quæ omnia ad idem tendunt, Quod contractus adpoſiti in ultima uoluntate, imitentur naturam ultimæ uoluntatis: & nõ contractus, d.§.Si ſub cõditione. Recentiores hic reſpondent, & in primis negant doctrinam Bart.in d.§.Codicillis, Imò Bart.ibi contrariũ dicit, quod Iaſ. hic non obſtat; d.§.Si ſub conditione. Quia ibi ſtipulatio adponitur cumulatiuè: ideo eius naturam retinet, quo ad tranſmiſsionem: ſed quo ad probationem non. Quia probatio debet fieri per plures teſtes, quam per duos. Iſta reſponſio non tollit obiectum, nec ad propoſitũ facit. Ideo unico uerbo reſponderi poteſt ad obiecta Iaſonis, † præſertim ad d.§. Si ſub conditione. Quod ſtipulatio, ſeu alter cõtractus, non immutat naturã ultimæ uoluntatis ſubſtantialẽ, quia non in plus obligatur: ſed benè operatur accidẽtalẽ, ſcilicet efficatiã Iuris, ut actus efficiatur efficatior, prout Doct. omnes dicunt, poſt Caſtrenſ.in Rub.de uerb.oblig. & ibi latiſsimè diximus. Et ſic in propoſito noſtro diſpoſitio d.L.fin. remanet in ſuis terminis, quia teſtator reuocare poteſt omnia, quæ conuenerunt in ultima uoluntate: hæres tamen licet potuiſſet ſe defendere à ſolutione legatorum, quia teſtamentum non fuiſſet ſolenne: tamen efficacius obligatur, ut ipſe compellatur, propter eius promiſsionem factam teſtatori, ſoluere integra legata. 115.

† Circa hanc doctrinã Bart. quæ ſingularis, & notabilis eſt, animaduertẽdum eſt: quod licet in ſe uera ſit, & procedere poſsit, iurib^9 tamen adductis nõ probat. Dubiũ nõ eſt, q̃d ſi teſtator legando, & fideicõmiſſa relinquẽdo, fidem in ſpecie aut promiſsionem de ſoluendis legatis ab hærede receperit, & probari poſſet: quod hæres iſto caſu teneretur ſoluere legata & fideicõmiſſa: & quod iſta uoluntas ſaperet naturam contractus. Et pro dicto Bar. optimè uideť facere tex. cũ ibi nota. in L.nõ dubiũ, §.1. C. de Teſtamẽtis, & in L.Si ueritas.C.de fideicõ. Quod ſentẽtia Bar.hic, & eius intellect^9 nõ probeť in d.L.§.fin.min^9 quoq; in d.fin.in Inſt.de fideicõ. Hęred.q̃d ſequiť argumẽto eſt. In primis iſte intellect^9 ſic poſit^9, eſt mere diuinatiuus, et mera Bart.imaginatio: nam in dictis Iuribus inibi nullũ uerbum colligi poteſt de iſta ſpeciali promiſsione, facta per hæredem teſtatori, de ſoluendis legatis. Item probatur. Quia ſi uerus eſſet iſte intellectus, quod ibi in ſpecie hæres promiſiſſet, illa promiſsio eſt quid facti: nam cõtractus ſunt facti. L. Cõſilio, in fin. ſupra de cura. furi. Facta uero non præſumuntur. L. ſciendũ, cum ibi not. de uerb. oblig. §. fin. Inſt. de fideiuſſ. Propterea cum ibi nullum uerbum fiat de ea, merito præſumi non debet. Ibi etiam diuerſus eſt caſus à Bart & doct. Nam Teſtator hæredem ſuum in ſpecie, & in ſcriptis, nõ grauauerat fideicõmiſſ. ſed duntaxat cõfidit fidei hæredis ſecreto inter eos de legatis ſeu fideicõmiſſ. præſtandis: in teſtamẽto uero de huiuſmodi fide præſtita nullum uerbum fuit. Iſte eſt caſus, d.L.fin. & d.§.fin. Et quod in ſpecie nulla facta fuiſſet promiſsio, probatur in pluribus locis. Primò, dum text. dicit in prin. ſi ſine ſcriptura, & præſentia teſtiũ de fideicom. relicto, adparet ergo, quod nulla erat facta mentio in ſpecie in teſtamento, ſed ſub fide erat poſitum fideicommiſſum. Item probatur, dum textus dicit, ſiue pater 116.

hæredis, ſiue alius quicunq; ſit, qui fidem hæredis elegerit. Clarius probatur etiam, in d. §. fin, dum in textu dicitur, quod nihil tale à teſtatore audiuerit, ergo fideicommiſſum erat ſub ſola fide. Probatur etiam in illo textu in fin. Ne pereat ultima uoluntas fidei hæredis commiſſa. Probatur etiã in princ. d. §. fina. dum Imperator ibi in princ. in ſua noua ſanctione dicit, referendo diſpoſitionem Auguſti, quod hæredes hodiè teneantur ad præſtanda fideicommiſſa, hoc non ſolum procederet, ſi fideicommiſſa ſcripta fuiſſent: uerum etiam ſi fides duntaxat habita fuiſſet ſine ſcriptis inter hæredem, & teſtatorem de præſtandis fideicommiſsis. Nam ſi ille textus loqueretur ſecundum intellectum Bart. diſpoſitio Iuſtiniani nihil de nouo induceret, cũ hoc ante ipſum per diuum Auguſtum, & alios Imperatores ſancitum fuerit. Ideo quod hoc procedat, loquitur Iuſtinianus in caſu ſpeciali & nouo. Item iſte intellectus Bart. cum Doct. confunditur, per d. §. fin. dum textus ibi uult ſecundum formam traditam per Imperatorem, ſi hæres prius negaſſet fideicommiſſum non fuiſſe relictum, deinde recuſaſſet Iuramentum, tunc in eius odium uult Imperator, ut ſi uelit opponere teſtamentum non fuiſſe ſolenne, & recurrere ad ſubtilitatem Iuris, tunc omnino ſoluere cogendus ſit. Certum eſt ibi probari, quod ſi interueniſſet illa promiſsio hæredis in ſpecie, nullo modo potuiſſet ſe liberare hæres, quia ex teſtamento nõ ſolenni oritur naturalis obligatio, ut uoluit Bart. in d. L. 1. de Cond. Ind. & ibi Doct. communiter, & in d. L. cũ quis: ex quo in alia promiſsione naſceretur naturalis etiam obligatio, & ſic hæres efficaciter compelleretur ad præſtanda fideicommiſſa, licet textus ibi præſupponit in illo caſu, quod ſi hæres fateretur relictum, & fidem dediſſet teſtatori, tamen poſſet opponere de teſtamento non ſolenni. Ecce hoc expreſſè præſupponit textus, quia Imperator denegat illud remedium in odium negantis. Confunditur etiã iſte intellectus Bar. per d. L. fin. Nam nõ abſolutè eſt uerũ, quod in d. L. fin. quis efficaciter cõpellatur, ſi enim quis negauerit, & iurauerit, liberatũ ibi ab omni inquietudine: ergo dictum Bart. in ſe abſolutè non eſt uerum, per illũ textũ.

117. † Propterea uerus, & genuinus intellectus illarũ legũ eſt. Teſtator in teſtamento inſtituit hæredẽ, uolens aliqua fideicom. ſeu legata relinquere, & hæc omnia poſuit in merã fidẽ hæredis abſq; ulla ſcriptura: tũc ſi fideicõmiſſarius uel Legatarius huiuſmodi legata petere uoluerit, ut dicit ibi tex. ſi nõ poſſunt probare uel ſcriptura, uel ex præſentia teſtium: Imperator tradit formã et conſiliũ illis, quomodo agere debeãt. Nimirũ ut ſi hæres negauerit aliquod relictũ fuiſſe, prius præſtito Iuramẽto de calumnia, debet deferri Iuramentũ hæredi, et tũc dicit ibi tex. ſi iurauerit, abſoluitur per regulam Iuris, actore nõ probante reus abſoluitur: & Iuramentum habet uim abſolutionis: Si uerò hæres recuſauerit Iuramentũ, tũc diſponit Iuſtinianus nouiter, q̃d ille ſit cogẽdus omninò ſoluere fideicõmiſſario, ne poſsit recurſum habere hæres ad ſubtilitatẽ Iuris, uidelicet opponere teſtamentũ nõ eſſe ſolẽne, prout gl. ibi declarat, & hoc eſt in odiũ ipſius negãtis, & mendaciũ cõmittentis.

118. † Vt uidemus in ſimili in uaſallo, qui prius negauit ſe eſſe Vaſallũ, nam tũc nõ habet amplius aliud remediũ. c. Vaſallus, el. 1. ſi de feu. def. cont. ſit inter. dom. Facit etiã tex. in auth. cõtra qui propriã, C. de nõ nu. pec. ubi

ubi ſi quis negauerit ſcripturam manu propria confectā, deinde conuictus opponere uoluerit, nō auditur: in odium ipſius. Et iſte eſt uerus intellectus, & uera mens Iuſtiniani, & noua eius ſanctio: non aūt ponit illa. L. ſententiā Bar. Et hoc modo dicēdo, ſequitur quod ad huc obſtat d. L. fin. † Propterea tenendo iſtum intellectum, facilè reſponderi poteſt, quod ibi ille textus, 119.
cum d. L. fin. non obſtat L. noſtræ: nam Imperator non adprobat teſtamentū non ſolenne: quod ſi hæres enim uult opponere nō denegat Imperator, ut ſupra diximus: ſed ſi hæres, cuius fidei ſecreto fideicōmiſſum relictū fuerit, id negauerit, in odium ipſius, teſtamentū etiā nō ſolenne ualet. Hoc modo nō obſtat. d. L. fin. nam nō facit contra regulam Iureconſ. noſtri hic.
† In quarta oppoſitione Bart. de L. 1. ſupra de teſtamentis milit. quatuor concluſiones colligi poſſunt. † Prima, per legem, ſeu principem ſolennia 120.
Iuris in teſtamentis poſſe remitti, ut patet in d. L. 1. Hoc idem probat tex. in L. ſi non ſpeciali, C. de teſtamentis, & eſt tex. in L. ſi quando, C. de inoffi. teſtamento: probat quoq; tex. in d. L. omnium, C. de teſtamentis.
† Secunda concluſio colligitur ex dictis Bart. per illationē factam per ipſum, dum dicit: textus noſter habet locū in priuaro, & nō in ſuperiore. Adparet ergo Bart. ſenſiſſe, quemcunq; priuatū etiā priuilegiatū ſub L. noſtra cōtineri. Supra in notabilibus hoc attigimus, non facta mentione Bart. hic, & ibi diximus, ſecundū diſtinctionē noſtrā, quæ fuit noſtri præceptoris, in conſ. 5. lib. 1. & in conſ. 302. lib. 2. † Quando aūt priuatus in ſpecie reperitur in corpore Iuris priuilegiatus, tunc nō eſt ſubiectus diſpoſitioni L. noſtræ, prout adparet in d. L. 1. ſupra de mili. teſtamento, ſi uerò in ſpecie non habet priuilegiū, tūc ſubiectus eſt L. noſtræ, per not. per gl. & Bart. in L. 3. C. de ſilent. & decu. lib. 12. & eſt tex. ubi caſus, in L. in fraudē, §. fina. de mili. teſtamēto. † Reperio tamē cōtra hanc diſtinctionē clariſſimū Iureconſul. 121. 122. 123.
Anto. Neguſantiū Fanenſem, Rotæ Florentinæ auditorē, in ſuo ſolēni tractatu, de pigno. et Hypo. in 8. par. in 1. mēbro, ubi defendit Iaſ. & alios doct. cōmuniter, in L. 1. ſol. matr. Et dicit diſtinctionē Decij in præallegatis locis, licèt ſubtiliter excogitatā more eius ſolito tamē nō procedere. Nos præceptorē noſtrū in d. L. 1. ſupra ſol. mat. ubi eſt propriè hæc materia, defendem⁹.
† Tertia cōcluſio eſt: per ſtatutū, ſicut per legē, ſolēnitates teſtamētorū remitti poſſe, prout eſt cōſuetudo apud Venetos, teſtamentū coram duobus teſtibus cōditū ualere, ut Bart. uoluit poſt antiquos in L. cunctos populos, num. 21. circa fin. C. de ſum. Tri. & fid. Cath. latè tractat hoc Alexand. & Doct. in d. L. ſi non ſpeciali. Et hāc conſtitutionē audio eſſe apud nonnullas ueſtras Germaniæ ciuitates, ut teſtamentū factū corā quinq; teſtibus ualeat: ſicut apud Friburgenſes & Vuormatienſes, nec nō in quibuſdam locis duob⁹ teſtibus. Iſta quæſtio requireret altiorē indaginē: uerū quia hic locus eſt, illam breuibus expediā, præſertim cū uideam præcipuos Doct. hoc loco illā quæſtionē omittere. Solū Crot. hic, & quidam alij recentiores faciunt huius quæſtionis mētionē. Cōmunis doct. ſentētia eſt in d. L. cunctos populos, ut teſtamentū ualeat corā duobus teſtibus cōditū, ſi extat ſtatutū in illo loco. Hāc cōmunē eſſe ſententiā adſerit Alex. in d. L. ſi non ſpeciali. Hoc idem præceptor meus adſerit in conſ. 627. in caſu quo dubitari. nu. 1. lib. 5. 124.

E ij † Contra-

125. † Contrariam uerò partē plures antiqui,& alij tenuerūt, & eorū ſententia in puncto Iuris uerior eſt. Nam pro hac ſententia eſt caſus, in L. fina. C. de teſtament. ubi Imperator expreſſè prohibet, poſſe introduci conſuetudinem aliquam, ut corā minori numero quā ſeptem teſtium quis teſtari poſſit: excepto teſtamento ruſticorum. Secundo facit pro hac ſententia. Quia numerus ſeptem teſtium à lege introductus, emanauit ad tollendā falſitatē, quæ facilius cōmitti poteſt in minori numero: & lex ſolet euitare falſitatē, L. cōparationes, cū ſimilib. C. de fid. Inſt. Bart. in prædicto loco iſtis duobus conabatur reſpondere. Et ad d. L. fina. reſpondebat, ut illa lex tollat conſuetudinē præteritam, & nō futurā. Iſta reſponſio indigna eſt tanto uiro, cū legis natura ſit, magis reſpicere futura, quam præterita, L. leges, C. de leg. Doct. in d. L. cunctos populos. Et recentiores hic conantur reſpondere ad iſtū tex. & in effectu nō poſſunt euadere iſtam L. ut ipſimet fatentur, et fundamēta cōtrariæ partis debilia ſunt. Primò, quod pater poteſt teſtari corā duobus teſtibus, L. hac cōſultiſsima, §. ex imperfecto, C. de teſtamento. Quia illa lex procedit lege permittente. Neq; uerū eſt, quòd teſtari ſit Iuriſdictionis uoluntariæ: quia hoc procedit, quantū ad tenorē teſtamenti, nō quo ad ſolennia. Nam diſponere cōtra ſolennitates Iuris, hoc ſolum ſpectat
126. ad Principem. d. L. Si non ſpeciali, & d. L. omnium. † Ego in hoc articulo omiſſa Doct. diſputatione, ſic dicerem. Si ſtatuentes recognoſcunt ſuperiorē, nullo modo poſſe remittere ſolēnia Iuris in teſtamētis condendis, ut probat tex. in d. L. fin. C. de teſtament. & eſt tex. in d. L. Si non ſpeciali, ubi ad ſolū Principē ſpectat remittere ſolēnitates Iuris, Hoc idē probatur in d. L. omniū. Et eſt caſus etiā legis in L. Si quando, & ibi Doct. C. de inoffi. teſtamento, ubi princeps in dubio in eius reſcripto non uult remittere ſolennia Iuris in teſtamentis, & ibi Imperator rationem adducit. Et propterea ad terminos quæſtionis Doct. dicerem: Venetos optimè potuiſſe ſtatuiſſe teſtamentum ualere duobus, uel tribus teſtibus: quia non cognoſcunt ſuperiorē. Et hoc idē dicendū eſſet de plurib⁹ alijs Ciuitatib⁹ Italiæ, quę nō recognoſcūt ſuperiorem, ut Bar. dicit de Hetrurię Ciuitatibus, in L. hoſtes, de cap. & dixim⁹ alias in L. 2. ſupra eod. et de Venetis in ſpecie Alber. dicit in d.
127. L. cūctos. Si uerò ſtatuētes recognoſcūt: Impoſsibile ē eos poſſe remittere. † Hinc uidem⁹, q̄d' Ius Canonicū potuit hac ratiōe diminuere numerū ſeptē teſtiū, ut patet, in d. c. cū eſſes, et c. Relatū, extra de teſtamēt. Nā Pōtifex nō eſt ſubiect⁹ legib⁹ Romanis, ut patet in c. Quāuis de pact. in 6. c. licet mulieres, de Iureiu. in 6. & in plurib⁹ alijs Iurib⁹, in quib⁹ Pōtifex expreſſè derogat Iuri Ciuili: licet interdū ſacri Canones imitent̄ Iura Ciuilia. c. 1. & 2. extra de no. ope. nūc. Ideo neceſſe eſt, ut inferiores populi poſsint ſtatuere, ut habeāt
128. licētiā ſuperioris, uel aliquod ſpeciale priuilegiū, & tūc benè poſſent. † Dicere tamē, inferiores nō poſſe leges cōdere, ut nō ſeruent̄ ſolēnia Iuris: ſed ſi diſponēdo reducerēt cauſam ad Ius gentiū, uel diuinū, tūc facilè poſſet quis cōcedere eis. Exēpli gratia, ut teſtamētū ualeat duobus teſtibus: cum hoc ſit cōceſſum Iure gentiū & diuino, d. c. cū eſſet, & facit tex. in L. ubi numerus, de teſtib⁹: tūc abſq; licentia ſuperioris poſſent hoc ſtatuere. Ad hec plurimū mouet me doctrina Bart: communiter recepta in L. omnes populi nu. 33.
129. de Iuſt. & Iu. † ubi uoluit, populos inferiores poſſe abſq; ſuperioris autoritate

tate ſtatuere,ſi earum diſpoſitio reuertatur ad Ius cõmune.Quia tũc facilius
hoc conceditur adducit textum in c.cum acceſſiſſent,extra de Conſt. Faci.,
quia res de facili reuertitur ad ſuam priſtinam naturã. L. ſi unus .§pactus ne
peteret,uerſ.Quod in ſpecie ubi Doct.de pact. Et iſtud dictũ notabile eſt ꝑ
cõmuni ſententia.Præſuppoſita tamẽ communi concluſione, ut liberè po-
pulis etiã inferioribus licitũ ſit ſtatuere & diminuere ſeu remittere ſolennia
Iuris in teſtamẽtis.† An huiuſmodi ſtatuta trahant ad alienigenas? Iacob.de 130.
Are. in ſupra.,d. quæſtione diſputando dicebat,nõ trahi huiuſmodi ſtatuta
ad alienigenas.Hoc idẽ ſecutus eſt Old.in conſ.248.Cyn.Bart.& alij in d. L.
cunctos populos,nu.24.tenent alienigenas cõtineri.Et iſta eſt cõmunis ſen-
tentia,& eorũ fundamentũ eſt,quia teſtamentũ facere eſt uoluntariæ Iuriſ-
dictionis:ſed ſtatuta quæ tractant de Iuriſdictione uolũtaria,& nõ cõtentio-
ſa,trahunt ad alienigenas ſeu forenſes & extraneos,ꝑ tex.in L.1.C.de Eman.
lib.Et ea dicunt cõpetere de Iuriſdictione uoluntaria, quæ poſſũt corã omni
bus iudicib⁹ tractari:& quando null⁹ cõpellitur, utputa emancipare liberos,
legitimare ſpurios: & tex.in d.L.1.ſecundũ Doct.diſponit,alienigenas con-
tineri ſub legib⁹ Municipalibus.† Iaſ.in d. L.cunctos populos, dicit illũ tex. 131.
nullo modo probare id ad q̊d communiter adducitur, imo totũ oppoſitũ.
Primo,dũ dicit ibi,ſi lex municipij ita diſponebat,ergo à contrario,ſi in lege
municipij cautũ nõ fuiſſet,alienigenæ non continerent. Secundo,illa lex lo-
quitur,dũ eſſet facta mentio in ſpecie de alienigenis:quæſtio doct.loquitur.
quando conſuetudo ſit loci ſimpliciter, nulla facta mentione de alienigenis
† Defendendo in hoc cõmunẽ ſententiã,dico illũ tex.adductũ ꝑ Bar. et doct. 132.
nõ quantũ ad deciſionẽ facti,ſed habuerunt rationẽ ad potentiã.Nã tex.ibi
præſupponit, Magiſtratus municipales poſſe legẽ ſtatuere, & comprehen-
dere alienigenas,ꝑpter hanc rationẽ Bar.& alij induxerũt illũ tex.& hæc eſt
mens doct.licet Iaſ.ibi illũ inducere uelit aliter ꝑ cõmuni ſententia,ſed nõ ita
darè,& fatetur ſe aliter nõ poſſe inducere illũ tex.Tamẽ quantũ ad hanc de-
ciſionẽ doct.nõ recedo à ſupradictis.Quod ſi nõ poſſũt ſtatuere, qui recog-
noſcant ſuperiores, multo minus poſſũt diſponere de alienigenis.† Et fallũ 133.
eſt corũ argumenum,quod teſtamentũ facere ſit uoluntariæ Iuriſdictionis
quantũ ad ſolennia Iuris:quia hoc nõ pendet ex arbitrio priuatorũ,& popu-
lorũ inferiorũ,cũ ſolennia Iuris in teſtamẽntis condendis,ut ſupra dictũ eſt,
ſpectent ad ipſũ Principẽ,uel ad alios populos,in locũ principis ſuccedentes. 134.
† Benè teſtamentũ facere eſt uoluntariæ Iuriſdictionis quantũ ad tenorẽ &
diſpoſitionẽ teſtamenti:quia quilibet teſtari poteſt. L.1.C.de ſacroſ.Eccl.cũ
ibi not.L.nõ uſq; adeò.Si quis à.pa.fue.manu. † Quarta concluſio eſt,ut 135.
patet hic ex ſolutiõe Bar.ad d.L.1.dum dicit,ꝑ legẽ poſſe remitti ſolennitates
Iuris in teſtamentis, & eodẽ modo ꝑ ſtatutũ,ſed nõ ꝑ teſtatorẽ, & ita ꝓce-
dere tex.noſtrũ.Ergo àdparet argumentũ de lege et ſtatuto,ad teſtatorem
non procedere. Ita Ticinenſes hic ponderant uerba Bart: & in contrarium
adducunt L.fin.C.de reb.alie.non alienan: ubi prohibitio facta in bonis
non alienandis per legem, æquiparatur prohibitioni factæ per teſtato-
torem.Et alias etiam uidetur ex uerbis legis, ad uerba teſtatoris poſſe argui,
ut patet in L. ſi quis legauerit, la.ij. & ibi Bart. infra eodem. Et plura
congerunt hic ipſi,† qui defendendo Bart.reſpondent, & benè,Bart. loqui 136.

hic,quo ad leges & ſtatuta condenda, & eis derogandũ, nam teſtator non
poteſt Iuri publico derogare per regulam L. Ius publicum, de pact.Et ita
procedit tex,noſter hic,ut adparet clarius in.d.L.cum quidã decedens.Extra
iſtum caſum plerumq; ualidum eſt argumentum de lege ad teſtatorem.
137. In Quinta oppoſitione Bart,colligitur. † Cautionem de utendo arbitrio
boni uiri,L.per teſtatorẽ remitti nõ poſſe,eò quia quis inuitaretur ad delin-
quendũ conuenire,de pact.dota,Facit etiã tex.in L. ſi unus, §.illud. de pact.
Et hanc concluſionẽ poſt gl.in L.pen. C.ut in poſſeſ.legat.nom,omnes ſe-
quuntur.Solus Cuman.hic ab hac ſententia recedit duobus medijs.Nam ſi
uera eſſet huiuſmodi ratio,ne quis inuitaretur ad delinquendũ,ſequeretur,neq;
138. hæredẽ poſſe hoc remittere,Quod tamẽ eſt falſũ,† ut glo.& Bart. uoluit in
L.1.C.de uſufr.Ang.in L. pactũ inter hæredẽ, de pact. Ioan fabri in princ.
Inſt.de uſufr. Secundo mouebatur Cuman: Quod ratio ne quis inuite-
tur ad delinquendum,non debeat conſiderari : ex quo prouideretur hæredi
alijs remedijs, utputa per rei uendicationem : L. fina. de uſufr. quemad.
caue. per quam hæres conſequeretur damnum ex abuſione datum,L.non
139. ſolum,de reiuend.Comprobat quoq; Ruin. quia ſi malè uteretur † uſu-
fructuarius, poſſet proprietarius propria autoritate eum expellere, ut per
Caſtr, in Aur. Qui rem. C. de ſacroſ. Eccl. per tex,in L. hoc amplius. §
fin.de dam. infe. Defendendo Bart, à Cuma. reſponderi poteſt, Primo,
reſpondebat hic Lancello. Dec. frater Phil. Decij. Quod ideo hæres re-
mittere poſſit hanc cautionem, quia ad eum proprietas pertinebat : quæ
140. finito Vſufructu ad eum reuerſura erat,† & in re ſua, uti moderator & ar-
biter eſſe poteſt .L. in re mandata, C. Mand. L. ſed & ſi lege,§. conſuluit,
de pet. Hæred. Iſta reſponſiò per Iaſ. hic col. ult. rejicitur, Quia teſtator
etiam poteſt totum donare uſufructuario, cum in eo ſuo,habeat liberam
facultatem diſponendi,L. 1. C. de ſacroſ. Eccl. Poſſet tamen defendi ratio
illorum,quia ſi teſtator qui potuit, noluiſſet, ceſſaret ratio,quæ non eſt reſ-
141. pectu hæredis,† Crotus hic alio modo reſpondebat,negando fundamentũ
Cuma.ut hæres poſſit remittere. Neq; obſtat ſecundũ ipſum quod quis ſit
moderator & arbiter &c,quia dicit ipſe declarando nouiter, q̃d quis poſſit
abuti re propria,quando Reſpub : non lædatur ex illius abuſione:ut ſi ille
efficiatur pauper, alter efficiatur diues, Et ita procedant dicta iura.Si uerò
nullus conſequatur aliquod commodum, tunc non poſſet quis abuti
re ſua. Nam Reipub. intereſt locupletes habere ſubditos: & ita pro-
cedat textus ſecundum ipſum,de his qui. ſu,uel alie. Iu. ſunt. in §. 1. Sed iſta
reſponſio ad caſum noſtrum non tollit obiectum. Nam poteſt quis ex ſua
abuſionè conſequi commodum,& effici diues in odium proprietarij:ut ex-
perientia teſtatur. Ideoq; tertio loco reſponderi poteſt ex dictis Bar. hic,
quod uidelicet Bart. non unicam tantum rationem conſiderauit, ſed duas
ſimul iunctas,fauorem hæredis,& etiam ne quis inuitetur ad delinquendũ.
142. †Licet ceſſet altera ratio:ex quo remanet alia,non propterea ceſſabit diſpo-
ſitio,per nota.in §. affinitatis,Inſt.de Nupt. Ad ſecundum obiectum reſ-
pondetur, Tutius eſſe proprietario habere cautionem iſtam de utendo,fru-
endo arbitrio boni uiri, quia datur fideiuſſor : quam petere remediò Iuris
intereſſe & damna :. cum damnum debeatur officio Iudicis mercenario,
quod

quod extinguitur finito officio. L. 4.C.depo.Item etiam melius eſt habere
cautionem,cum plura remedia habere noſtra interſit,L.cum pater §. uarijs.
eo.tit.noſtro,Non obſtat etiam,quod dicebat Ruin:quia Caſtrens.non ita
ſimpliciter dicit,neq; etiã eius dictũ procedere poteſt. Quia ſi concederetur
proprietario poteſtas expellendi uſufructuarium propria autoritate, dare-
tur occaſio litiũ & ſcandalorum,contra L. meminerint,C.unde ui. Poſita
ergo hac communi concluſione Bart. in uno tamen caſu remitti poſſet 143.
cautio iſta: † quotieſcunq; quis inter uiuos donaret, . proprietatem
alicuius fundi, reſeruato ſibi uſufructu : quia tunc donans non teneretur
ad præſtandam hanc cautionem. Ita ſingulariter uoluit Socc. in L.omnes
de Except.Cuius dictũ concludendo præceptor meus ſequitur in conſ.165.
nu.5.lib.ij. † Et ratio diuerſitatis eſt,quia ex quo ille exercuit liberalitatẽ do- 144.
nando : ideo cũ eo mitius eſt agendũ,argumẽto L.res donatas,de Edil.Edi.
Iuxta prædicta ultra dd. hic,cum concluſum ſupra fuerit remiſsionem cauti-
onis per teſtatorem uſufructuario nõ ualere, propter rationes ſupra adduc-
tas: † quæro, quid ſi teſtator prohiberet hæredem, ut non peteret cauti- 145.
onem de utendo arbitrio boni uiri, & adpoſuiſſet pœnam priuationis
hæreditatis, uel quid ſimile, & hæres petijſſet cautionem contra teſta-
toris uoluntatem, an incidiſſet in pœnam ? Et uidetur quod hæres
in caſu iſto inciderit in pœnam: nam licet non ualeat remiſſio cautionis,
propter iura & rationes ſupra adductas : tamen pœna exigi poſſit. †.Nam 146.
uidemus in pluribus caſibus, quod licet contractus principalis non ualeat,
ualet tamen pœnæ adiectio, ut eſt textus in L. ſtipulatio iſta,§ alteri de
uerb. obl. & in §. ſi quis alij, cum ſimilib. iſt: de inut. Stipu. Tamen
hoc caſu dicendum eſt, hæredem non incidiſſe in pœnam,petita ab uſu
fructuario cautione. Ita in ſpecie uoluit Caſtr. in conſ. 191. antequam
ueniam ad dicta dubia, & mouetur per textum in L. fin. C. de his quæ
pœn. nom. Et facit pro hac ſententia quando actus non ualet princi-
palis per uiam diſpoſitionis, non ualet quoq; propter pœnæ adiecti-
onem, per textum optimum in L.Seius & Augerius, infra ad leg. falc.
ubi I.C.dicit, quod ſicut teſtator non poterat illo tempore digeſtorum
prohibere detractionem falcidiæ, ita neq; poteſt imponere pœnam: &
pœnæ conditio reijcitur: ratio eſt: quia pœna adiecta fuiſſet in frau-
dem legis , contra regulam. L. noſtræ, & ita per illum textum plura
per Bart. & Doct. deciduntur. Facit quod Bart. & Doct. in ſimili
uolunt in.L.properandum,§.& ſi quidem, C. de Iud. Quod ſicut partes
non poſſunt prorogare terminum inſtantiæ,ita neq; pœnam adijcere poſ-
ſunt:Et ita in ſpecie per prædicta & alia in hac quæſtionis ſpecie decidit Iaſ.
in Con.40. Circa primum quæſitum. nu.3. lib.1.& refert Franciſ. Curt.
idem conſuluiſſe, ſed non reſpondet ad textum in d.§.alteri, cum alijs. †
Tu uerò reſpondere potes, quod textus in d. §. alteri procedit, quia lex ibi 147.
ulterius proceſſit diſponendo, quod licet ſtipulatio alteri facta non ualeat
per rationem,de qua ibi per I.C.tamen concedit lex,ut pœna adponi poſſit,
quia ceſſat ratio legis prohibitiuæ. Nam ut ibi I. C. inquit,cum adponitur
pœna in ſtipulatione facta alteri, non attenditur ratio prædicta.Et ita Bart.

& Doct. dicunt & in ſpecie laſ. dicit. nu. 17. quod ideo in d. §. alteri, negatiua præpoſita uerbo poteſt, non ſignificat omnino impoſſibilitatem, & priuat potentiam, ſecundum glo. ord. in c. 1. de reg. iu. in 6. Bart. & Doct. in L. Gallus, in princ. de lib. & poſth. & Doct. in L. 1. de uerb. obl. in princ. in quibus locis alias diximus: tamē quia lex ulterius precedit diſponendo, ideo omnino non reſiſtit, & in ſimili adducit dictum Bart. in L. nō dubium, C. de Legib. Quod quando lex nō ſimpliciter prohibet, ſed ulteri⁹ procedit diſponendo, non dicitur ille actus factus contra legem, adducit textū in L. 1. §. hiduum. Quan. app. ſit. & plura adducuntur per laſ. in hac quæſtione in d. conſ. 40.

148. † Et inferro ulterius quod huiuſmodi remiſſio cautionis per teſtatorem non ualeat, non ſolum ſi ſtipulatio pœnalis adijciatur, uerum etiam ſi Iuramentum: quia ſtipulatio interpoſita ſuper actu tali a lege reprobatur: quia contra bonos mores nullo modo firmatur actus. L. generaliter, de uerb. oblig. L. ex eo, C. de inut. ſtipula. L. ſtipulatio hoc modo concepta, de uerb. obli. Iuramentum quoq; non firmat, quia Iuramentum quoq; non debet uergere in diſpendium ſalutis æternæ, c. cum contingat. de Iure Iu. c licet mulieres, de Iure Iu. in 6. c. Quamuis, cum ſimilib. de pact. in 6.

Ex ultima opoſitione Bart. colliguntur non nullæ concluſiones.

149. † Prima. Quod hodiè teſtator poſſit prohibere Falcidiam. Aut. Sed cum Teſtator, C. ad leg. Falc. & in corpore unde ſumitur, in §. ſi uerò expreſſim, in Aut. de Hæred. & Falc. Iſta concluſio nullam habet difficultatem, & nullus contradicit, quia iura expreſſa ſunt, licet olim nō conceſſum erat hoc teſtatori. L. Quod de bonis. §. 1. infra ad leg. Falci.

150. Secunda concluſio colligitur: † duas fuiſſe rationes quare lex noua introduxerit Teſtatorem prohibere poſſe Falcidiam, prima fuit ut hic per Bart. quia olim non licebat teſtatori prohibere donationem Falcidiæ. d. L. Quod de bonis. §. 1. Quia ſi hæres non adibat hæreditatem, teſtamentum rumpebatur. L. ſi nemo hæreditatem, ſupra de teſta. tut. L. eam quum, C. de fideicom. Et hoc modo teſtamentum non ſortiebatur effectum, & teſtator decedebat inteſtatus: quod erat contra ius publicum. L. uel negare, ſupra, quemad. teſta. ape. uerum quia lex conceſſit & diſpoſuit ualere teſtamentū, etiam ſi hæres non adeat hæreditatem, ut in d. §. ſi uerò expreſſim, propterea lex conceſſit teſtatori, ut poſſit prohibere hæredem, & ſic ſecundum Bart. ceſſabat ratio Iuris antiqui prohibentis. Et iſtam primam rationem Bart. dicit eſſe ueram, & urgentem, & eam adfirmat. Crotus uerò hic. † et ante

151. ipſum Lancel. Dec. hic redarguit hanc rationem Bart. Propterea quod non concludat. Nam ſi hæres ſcriptus non adit hæreditatem, neq; ſit datus uulgariter ſubſtitutus, tunc hæreditas deuenit ad hæredes ab inteſtato. Et licet hæredes non teneantur præſtare legata in teſtamento, d. §. Si uerò expreſſim, non tamen propterea teſtamentum ſuſtinetur, cum nullus ſit hæres, & hæredis inſtitutio ſit caput teſtamenti, L. proximè, ſupra de his quæ in teſta. del. §. ante hæredis Inſti. de legat. Dicit tamen Crot. niſi ſoluatur hoc modo, neſcire ſe aliter ſaluare Bart. uidelicet, quod hæreditas tunc perueniat ad uenientes ab inteſtato: perinde ac ſi eſſent hæredes inſtituti. † Sed

152. iſta reſponſio & defenſio non uidetur uera cum ſit contra textum, in d. §. Si uerò

uerò expreſsim. Nam cum nomen hæredis, quantum ad ſcripturam, ſi tamen ſit in perſona illorum hæredum, non poteſt ex eorum perſona iſtud nomen auelli, argumento L. Quod hæredi, & L. Meuius, infra de cond. & demon, facit textus in L. Quod liberis, §. hæc uerba, ſupra de uulg. & pup. Ideoq; talis Reſponſio non defendit Bart. Bononienſes hic dicebant, quod cum textus in d. §. ſi uerò expreſsim, referat ſe ad ſupradicta, ideo neceſſe eſt aliquem ex teſtamento adire debere. Sed hoc non uidetur uerum. In primis hæres ſcriptus non poteſt cogi eſſe hæres, argumento L. cum proponas, C. de her. inſti. Item tex. in d. §. ſi uerò expreſsim dicit, quod hæreditas deuoluatur ad uenientes ab inteſtato Iure teſtamenti impoſsibile eſt, quia uenientes ab inteſtato ſint ſcripti hæredes: qui uidentur magis uocati tacita mente, argumento, L. conficiuntur, ſupra de Iu. codi. Propterea defendendo Bart. alio modo dici poſſet. Quod licet teſtamẽtum, quo ad formã ſcripturæ non remaneat firmum, ex quo hæres non uult adire: Lex tamen nouiſsima uoluit, quod illo caſu in effectu remaneret firmum, quantum ad legata, fideicõmiſſa, & omnia alia relicta in teſtamento. Et conſequuntur legatarij & fideicommiſſarij omnia perinde, ac ſi adita fuiſſet hæreditas. Et hoc modo (ut ſentiebat etiam Crotus) uenientes ab inteſtato dicuntur eſſe hæredes inſtituti.

Secunda ratio Bart. fuit, † quam perſuaſiuam appellabat, quod ideo Iureconſul. (uti gentiles animam eorum non reſpicientes) teſtatoris uoluntatem non ſic facilè amplectabantur: quo caſu teſtamentum peribat. 153.
Sed Iuſtinianus, ut Chriſtianus Imperator diſpoſuit eo tempore, quo gentes Chriſtiani erant, dictam prouiſionem in d. §. ſi uerò expreſsim: ubi etiã Imperator hoc conſiderat, quod piè moneatur aliquis ad adeundam hæreditatem. Iaſon uerò hic hanc rationem redarguit. Nam ante Iuſtinianum Romani erant effecti Chriſtiani, cum tempore Conſtantini Imperatoris incepit religio Chriſtiana, ut patet in L. cunctos populos, C. de Sum. Trin, & fid. cath. eſt etiam bonus textus in L. Diui Conſtantini. C. de Nat. libe. Crotus hic defendit hanc rationem Bart. Nam licet tempore Conſtantini fuerint gentiles Chriſtiani, non tamẽ fuit cognita ratio, d. §. ſi uerò expreſsim: ſicut fuit per Iuſtinianũ. Cõfirmatur hoc. Nam licet tempore Conſtantini inceperit religio Chriſtiana, non tamen florebat ſicut tempore Iuſtiniani: cum longa temporum interualla interuenerint inter Conſtantinũ, & Iuſtinianum. Non obſtat etiam, quod dicebant hic Bononienſes, quod etiam tempore Iureconſult. gentiles conſiderauerint ſalutem animæ, ut in L. 1. & in L. ſacra, de rer. diuiſ. in L. ſub perſonæ, ut ibi per tot. tit. de relig. & ſumpt. fune. in L. 1. ad Municip. ibi, Quæ Deo relinquuntur. Quia ad hoc reſpondetur, quod licet Romani Deum conſiderauerint, non tamen eo modo ut Chriſtiani, neq; talem ſalutem animæ conſiderare poterant: cum fidei ſubſtantialia ignorarent. Alia ratione iſta ratio Bart. non poteſt procedere. Quia ratio, d. §. ſi uero expreſsim, ex qua Bart. ita collegit, non eſt firma. Nam ibi Imperator dicit, ſi teſtator prohibuiſſet Falcidiam detrahi, & hæres ſcriptus piè agens hæreditatem adierit, tunc legata firma manent: ſi uerò hæres ſcriptus non adierit, diſponit Iuſtinianus,

ut hæreditas deuoluatur ad uenientes ab inteſtato. Ergo adparet ibi, quod
Imperator non pro firmo habet aliquem abſq; lucro & ſalute animæ hære-
ditatem adire uoluiſſe. Et ita ex his omnibus adparet, iſtas duas rationes nõ
154. poſſe procedere, & ideo hoc modo obiectio adhuc manebit. † Propterea
poſſet quis unico uerbo reſpondere ad textum in d. aut. Sed cum teſtator:
quod Bar. non fecit. Quod ideo ibi teſtator hoc poſſet, quia lex ei permiſit:
prout etiam dicebat Bart. ſupra reſpondendo ad L. 1. ſupra de teſtamento
mili. Eodem modo quis hic poſſet reſpondere. Et ſi dicatur quare lex hoc
permiſerit, tunc procedere poſſent rationes Bart. & ad hunc finem ten-
dunt eius rationes. Poteſtis tamen aliter dicere, quod ideo lex hoc permiſe-
rit, quia teſtamentum ut habeat executionem, reſpicit principaliter fauorẽ
teſtatoris, fauor uerò publicus ſecundariò continetur: meritò teſtator au-
155. toritate legis hoc potuit: † quia quilibet poteſt renunciare fauori ſuo. L. Si
quis in conſcribendo, & ibi Doct. C. de pact. Non obſtaret ſi quis diceret,
quòd imò ſit fauor publicus principaliter, quia aliter quis potuiſſet renũcia-
re etiam iure antiquo: quod tamen eſt falſum, L. Quod de bonis. §. 1. quia
reſpondetur, quod ex quo lex ſuccurrit teſtatori propter expreſſam proui-
ſionẽ, d. Auten. Sed cũ teſtator, & d. §. ſi uero expreſſim: ſequitur, quòd au-
toritate legis quis poſſit renunciare fauori publico: maxime cũ ſit ſecũdario.
156. † Tertia concluſio ex dictis Bart. colligitur. Caſum eſſe ſingularem, & no-
uum, in d. §. Si uerò expreſſim, in quo legata & fideicommiſſa ualeant hæ-
reditate non adita: quod eſt contra iuris regulas. d. L. Si nemo, ſupra de
teſtament. tut & in L. eam quam, C. de fideicommiſſ. Et iſtud originaliter
fuit dictum Iaco. de Belui. in d. §. Si uerò in 21. oppoſ. ut Alexand. & alij di-
cunt. Præſuppoſita hac concluſione Bart. circa d. §. Si uerò expreſſim, ſci-
licet, ut teſtamentum conſeruetur, etiam non adita hæreditate, contra re-
gulas iuris: Bart. ſingulariter extendit, in L. eam quam, num. 2. C. de fidei-
com. & ibi Fulgoſ. clarius colligit ex dictis Bart. Quod ſicut in cauſa pia non
157. detrahitur Falcidia: Auten. ſimiliter, C. ad leg. Falcid: † ſi hæres non adie-
rit hæreditatem, tamen teſtamẽtum ſuſtineretur, ſicut in caſu. d. §. Si uerò.
Iaſ. hic dicit hanc extenſionem ſingularem eſſe, & menti tenendam, ſi uera
158. ſit: & in primis dicebat pro hac extenſione facere: † Nam quando agitur
de ſuſtinenda uoluntate teſtatoris, tractatur de fauore publico. gloſ. in L.
Gallus. §. Quod ſi quis, de libe. & poſth. potuiſſet adducere textum in L. uel
negare, ſupra, quemad. teſtamenta adpe. Sed ſic eſt ſecundũ ipſum, ut quan-
do tractatur de fauore publico, ſemper debet fieri extenſio. L. illud, cũ glo.
C. de ſacroſ. Eccle. Bart. in L. Si conſtante, quæſt. 9. princ. ſupra ſol. matr.
Tamen recedit Iaſ. hic ab iſta extenſione, nam licet hæres non poſſit detra-
here Falcidiam ex legato relicto ad piam cauſam, d. Auten. ſimiliter, poſſet
tamen de alijs detrahere. Ideo nõ poteſt extẽdi dicta diſpoſitio, d. §. Si uerò
expreſſim: quia loquitur quando prohibitio facta eſt à teſtatore de omni-
bus legatis. Et diuerſa eſt ratio de parte quo ad totum, ſicut de toto quo ad
totum. Propterea argumentum procedere non debet, quando ſubeſt di-
uerſa ratio, glo. in clem. ſi una Eccleſia, in uerbo defenſor, de reb. Eccl. non
alien. L. Qui hominem, de ſolut. Defendi tamen poteſt iſta extenſio, quod
ratio

ratio ſatis procedere poteſt, quia diſpoſitio, d. §. Si uerò, habet locum, ſiue unum fuerit legatum, ſiue plura. Nam ſicut hæres, poſſet repudiare hæreditatem tam propter unum legatum, ſicut propter plura: ita etiam in legato ad piam cauſam potuiſſet hæres repudiare hæreditatem. Et ſi hoc cõcederetur, legatum ad piam cauſam euaneſceret. Ideo neceſſarium eſt, quod poſtquam lex uoluit priuilegium concedere piæ cauſæ, ut hæres non poſsit detrahere falcidiam, ut ſuſtineatur cauſa pia: ſuſtineatur quocꝫ teſtamentum eodem modo, prout lex uoluit in priuata cauſa. Et etiam ſequeretur, ſi contrarium diceremus, quod fauor inductus à lege circa piam cauſam, reſultaret in odium: quod nullo modo eſt dicendum, per L. quod fauore, cum ſimilibus. C. de legib.

Iuxta hæc quæri poteſt. † An teſtator poſsit in teſtamento diſponere, quod hæres ſcriptus non compellatur adire hæreditatem. Bononienſes hic iſta proponentes, referunt Imo: in L. ita tamen, §. Si pater, infra ad Trebell. uoluiſſe, teſtatorem non poſſe: eò quia uerſabatur publica utilitas, ut teſtamenta conſeruarentur. d. L. Quod de bonis. §. 1. infra ad leg. Falcid. Contrarium uoluit Alexand. in L. Quia poterat, infra ad Trebell. & quod diſpoſitio, d. L. Quod de bonis, §. 1. ſit hodie correcta, per d. Auten. ſed cum teſtator, & d. §. Si uerò expreſsim. † Alexand. uero ſententiam confirmo. Nam ex quo diſpoſitio, d. §. Si uerò, continet cauſam fauorabilem: meritò extendi debet, ut Senenſes dicunt in L. Marcellus in princ. infra ad Trebell. Hoc etiam ſuadetur: † nam lex Falcidia (ut dictum eſt) principaliter reſpicit fauorem teſtatoris, patet in Inſt. ad leg. Falcid. in princ. Et licet conſideretur fauor publicus, ut teſtamenta ſeruentur, d. L. uel negare, tamen non propterea ſequitur, quod principaliter. Necꝫ obſtat, d. L. Quod de bonis, §. 1. quia enim ibi fauor publicus non poterat ſeparari à fauore priuato: meritò in poteſtate priuatorum non erat prohibere Falcidiam. Lex uerò noua, d. §. Si uerò expreſsim, uoluit hoc concedere, non habita ratione fauoris publici, etiamſi ſeparari non poſſet. Ita Saiſell. hic apertè dicit. Legem Falcidiam non principaliter fauore publico, ſed fauore teſtatoris conſiderari. Sentit hoc quocꝫ Albe. hic.

159.

160.

161.

Abſolutis oppoſitionibus per Bart. & Doct. antequam deſcendamus ad quæſtiones Bart. ut latius adpareat materia, L. noſtræ: quando teſtator poſsit derogare legibus: pluribus modis contra hanc legem opponam. Et primo quidẽ oppono, de L. 3. ſupra eod. iuncta L. in condirionibus, §. 1. infra de cond. & demonſt. In quibus Iuribus apparet, teſtatorem in teſtamento poſſe diſponere contra leges. Nam ſi teſtator exprimat illud, quod tacitè ex diſpoſitione legis ineſt, eius expreſsio nihil opperatur, d. L. 3. ſupra adducta, & eſt textus conſimilis, in L. Non rectè, C. de fideiuſſ. & tali caſu legatum eſt purum, & nõ mutatur propter expreſsionem teſtatoris. † Veruntamen ſi teſtator uult conditionale eſſe, poteſt non obſtante diſpoſitione legis, ut patet, in d. L. in conditionibus. §. 1. Et plurimum refert illo caſu, an legatum ſeu fideicommiſſum ſit conditionale, uel purum: nam ſi efficiatur conditionale non tranſmitteretur ad ſuos: et pendente conditione, ſi legatarius decederet, legatum efficeretur cadu- 162.

cum, ut patet in L. Vnica, & ibi per tot. C. de cadu. toll. Adparet er-
163. go uoluntatem teſtatoris plurimum operari: † ut illud, quod erat tranſ-
miſsibile, non ſit tranſmiſsibile: & è contra, prout dicit Bald. in L. Si
pater, col. pen. uerſ. Quarto quæritur, C. de Inſt. & ſubſt. & Decius, in
conſ. 544. ni c. Viſo teſtamento in fin. lib. 4. Sed ad iſtud contrarium re-
164. ſpondetur, quod procedat in his, quæ reſpiciunt tenorẽ teſtamenti: † nam
tunc teſtator poteſt immutare, & alterare diſpoſitionem legis. Facere enim
poteſt teſtator, ut legatum ſit conditionale, quod erat purum, & è contra:
ut patet in prædictis iuribus. Non tamen poteſt immutare ſolennitates, &
formas, introductas à Iure: neq; etiam immutare poteſt, quando lex ali-
quid prohibitiuè præcipit. Secus ut diximus in rebus dependentibus à uo-
luntate teſtatoris: quia iſto caſu lex concedit teſtatori ampliſsimam pote-
ſtatem diſponendi. Et hoc idem ſentiebat Bart. in prima oppoſitione. Se-
cundo oppono. de L. in re mandata. C. Mandati. L. dudum. C. de contra.
Empt. L. non uſq; adeo, infra. Si quis à pa. fue. manu: una cũ pluribus Iuri-
165. bus: † in quibus licitum eſt cuilibet diſponere de re ſua, & eam alienare ad
omne eius libitum. In hoc leges tam ciuiles, quàm naturales concordare ui-
dentur, in d. L. dudum. Imò lex concedit, ut etiam quis re ſua abuti poſsit:
L. Sed & ſi lege, §. conſuluit, de per. Hæred. & tamen teſtator nõ obſtanti-
bus iurib. ſupra adductis, diſponere poteſt prohibendo in ſuo teſtamento
ut hæredes bona prædicta per ipſum relicta, alienare non poſsint extra fa-
miliam: & quod ea perpetuò debeant in ea manere, ut conſtat in L. filiusfa-
milias, §. Diui, eod. tit. noſtro, & in L. Peto. §. à fratre, infra tit. prox. Defen-
166. dendo Iureconſ. noſtrum hic, reſponderi poteſt: † teſtatorem prohibe-
re poſſe hæredes, ut diximus, ſi præceptum teſtatoris fuerit cum cauſa: abſq;
uerò cauſa teſtator non poteſt. Et ideo nudum præceptum teſtatoris abſq;
cauſa, ſi prohibeat ſuos hæredes alienare non eſt ualidum: quando uerò
cauſa iuſta, & honeſta ſubeſt, nimirum ut fauore agnationis bona rema-
neant in familia, tunc lex concedit teſtatori, ut poſsit prohibere alienatio-
nem rerum hæredis: & ſic tali caſu lege permittente, teſtator diſponit, neq;
contrauenit legibus ſupradictis. Et ex his infertur ad notabilem & quoti-
167. dianam queſtionem. † An teſtator ſicut poteſt prohibere alienationem
perpetuo inter hæredes (ut in ſupradictis iuribus) poſsit quoq; prohibere
eos, & filios, ut bona per eum relicta non diuidantur: ſed quod perpe-
tuò debeant manere in communione? Secundum prædicta uideretur di-
cendum, quod ſic: quia prohibendo diuiſionem, perinde eſt, ac ſi
prohiberentur alienare, L. Si pupillorum, ſupra de rebus eorum. Con-
trarium tamen dicendum eſt, teſtatorem non poſſe ita diſponere,
ut filij debeant perpetuò manere in communione. Ita doctores com-
muniter dicunt, in L. Si non ſortem, §. Si centum, ubi Caſtr. Ale-
xand. Iaſo. & alij tradunt, de condi. Indebi. Et ita concludunt ſi
tale præceptum fuerit factum perpetuò: ſecus uerò, ſi ad tempus.
eſt textus in L. In hoc Iudicium. §. Si conueniat, ff. Communi di-
uidundo, ubi contrahentibus licitum eſt conuenire ut bona ſint in
communione, uſque ad certum tempus: non autem perpetuo:

&

†ea argumentum ualidum eſt de contractibus ad ultimas uoluntates:ubi 168.
eſt eadem ratio, ut patet inſt. de leg.ſus. Can. & L. ſi ſeruum, §. cum
qui, infra tit. prox. Et iſtius communis concluſionis rationem tradit
Alex. in conſ. 3. circa primum dubium, lib. 3. † Nam ex aditione 169.
hæreditatis facta per hæredem, naſcitur quidam contractus : quia hæres
adeundo quaſi contrahit, L. ex maleficijs, de obligatio. & act. L. apud
Iulianum, §. fin. ex quib. cau. in poſ. ea: Et propterea non poteſt teſta-
tor legem imponere in bonis ex contractu, uel quaſi quæſitis. † Sed 170.
iſta ratio non admodum concludit. Nam eodem modo teſtator non
poſſet extra familiam prohibere hæredes alienare: ex quo ex aditione hære-
ditatis quaſi contrahitur: tamen hoc eſt falſum, ut ſupra dictum eſt. Et
ideo uera ratio eſt : quod huiuſmodi præceptum, ſeu conuentio partium
& teſtatoris non ualeat : quia lex non permittit aliquem inuitum manere
in communione. d. L. ſi non ſortem, §. ſi centum. Et ratio rationis eſt,
ne detur occaſio rixarum , diſcordiarum, atq; contentionum, quæ ſolent
exoriri ex communione rerum. † Nam communio (ut dici ſolet) in- 171.
ducit diſcordias, & rixas. L. cum pater, §. dulciſſimis, infra tit. prox. &
in L. re communi, de ſeruit. urb. præd. facit tex. in L. 1. §. 1. C. Quan. &
quib. quar. pa. de. lib. 10. Imò etiam communio † ultra rationem præ- 172.
dictam, ſolet parere negligentiam dominorum poſſeſſionum : quia dici
ſolet, res quæ communiter poſſidetur, negligitur. Et has cauſas Thom.
referebat ut etiam Senenſes dicebant, & nos quoq; diximus in L. 1. de acq.
poſ. in princ. Propterea lex uoluit ut talis conuentio, ſeu præceptum teſta-
toris ualeret ad tempus: prout eſt textus in L. 4. ſupra de cond. Inſt. &
ibi Ange. & ſentit Bart. in L. quinta, infra de annu. Legi. † & ratio eſt: 173.
quia quando ad certum tempus prohibitio facta eſt, ceſſat ratio ſupra-
dicta. d. §. ſi centum, & d. L. in re communi, cum ſimilib. Et ideo ceſſante
ratione legis, ceſſat prohibitio. L. adigere, §. Quamuis, de iu. patro: † 174.
Adeoq; uera eſt iſta communis ſententia, ut etiam teſtator non poſſet
imponere legem hæredibus ſeu filijs, ut in cõmunione manerent: † etiam
quod inter eos interueniret uinculum Iuramenti, & ſic ſecunda prouiſio. 175.
Nam poſſent recedere ab huiuſmodi præcepto paterno, nõ obſtante eorũ
iuramento, Ita uoluit Alexan. in d. §. ſi centum, & in con. 15. uiſis capitulis,
lib. 2. & adducebat glo. in ſimili in c. fin. in uerbo reuocatus, de procu. lib.
6. † ubi ſi quis iuraret procuratorem à ſe ipſo conſtitutũ non reuocare, non 176.
obſtante iuramento poſſet. Contrarium uerò tenuit Iaſ. in d. §. ſi centum.
Nam Iuramentum obſeruandum eſt ſi non uergat in diſpendium ſalutis
æternæ. c. cum contingat, extra de iureiu. c. licet mulieres, cod. tit. in 6. c.
Quamuis, de pact. Sed iſta ratio non urget. Nam iſtud præceptũ paternũ
Iuramento firmatum, ſeu conuentio partium ut bona maneant in com-
munione, materiã præſtat diſcordiarũ: meritò dici poteſt talẽ conuentionẽ
ſeu præceptũ iniqua continere: & quia contra bonos mores ſit non ualere.
c. non eſt obligatorium, de reg. Iu. in 6. Facit quoq; pro hac ſententia com-
muniquia cũ Iuramentum adpoſitũ eſt contra ius publicũ, nihil operari
debet. c. ſi diligenti, extra de fo. comp. Sed Reipub. intereſt, ne diſcordiæ ex-

 oriantur. L.

L. ſi quis ingenuam, §. in ciuilibus, de capt. & poſt. reuerſ. L. æquiſſi-
177. mum, de uſufr. † Attamen his non obſtantibus, licet ſupradicta ſit com-
munis ſententia in puncto Iuris, contrarium uidetur uerius, ut tale præcep-
178. tum Iuramento firmatum debeat ualere. † Nam Iuramentum tanti robo-
ris eſt, ut etiamſi adponatur in materia merè illicita, tamen confirmat actũ,
ut patet in c. Debitores, de uſu. probatur quoq; in fortioribus in c. Quem-
admodum, eod. tit. Facit pro hac ſententia: nam ratio à lege conſiderata (ut
ideo non ualeat tale præceptum, ne diſcordiæ exoriantur) non conſiderat
directè & immediatè has cauſas: ſed duntaxat per occaſionem. Ideo cũ non
directè iſta cauſa proueniat, merito non debet attendi hoc caſu: quia directè
& immediatè quis incideret in peccatum, & efficeretur periurus, quo caſu
179. directè delinqueret. † Et quod debeat ſemper attendi cauſa directa, & non
ea quæ p occaſionem contingit, opt. eſt textus in c. ſi uerò & ibi glo. de Iure-
iur. Facit quoq;, quod dici ſolet, cauſam magis proximam ſemper attendi
debere. Et ita aliàs pluribus alijs rationibus, publicè Senis diſputando tene-
bam. Nec obſtant ſupra dicta. quod Reipub. interſit ne diſcordiæ exori-
antur: quia hoc procedit in ciuilibus diſſenſionibus, ut in d. L. ſi quis
ingenuã, §. Ciuilibus, ſecus uerò in priuatis. Non obſtat etiam quod dice-
batur, Iuramentum non producere effectũ quando iniqua contineret: quia
iſto caſu non continet directè iniqua, ſed per occaſionem. Item non con-
tinet iniqua ſecundum bonos mores Iure naturæ, uel Iure Canonico, ſed
potius de Iure Ciuili, prout dicebat Bald. & DD. in L. pactum quod dotali,
C. de pact. in L. ſtipulatio hoc modo, & ibi latiſſimè diximus in noſtra re-
180. petitione, de uerb. obli. † Si quis tamen ſuſtinere uelit communem ſen-
tentiam, conſilium erit: ut petat prius abſolutionem à Iuramento: alias
nullo modo recedere poſſet ab illa conuentione iurata. Quia etiam à Iura-
mento nullo alias petenda eſt abſolutio. Ratio eſt: quia Deo obligamur, ut
dicit textus in d. c. debitores, & hoc idem atteſtatur Alex. in præallegato
conſ. 3. lib. ij. Prædicta tamẽ procederent ſecundũ Doct. quando teſtator,
uel contrahentes diſponerent, ut manerent in cõmunione in genere quo ad
omnia bona, ſecus uero ſi communio deberet eſſe in bonis particularibus:
181. utputa prædium, uel domus, quæ diuidi non deberent. † Ita Rom. ſin-
gulariter uolebat in conſ. 113. idem uidetur mihi concludendum nu. ij. Licet
iſtud dictum Romani non habeat contradictorem, uidetur tamen dubiũ:
quia uidetur militare eadem ratio in parte quoad partem, ſicut de toto quo
ad totum: L. Quæ de tota, de rei uend. & ibi Bar. ſed in genere, ut ſupra dixi-
mus, talis prohibitio non ualet, propter rationes ſupra adductas in d. L.
in re communi, & in d. L. cum pater, §. dulciſſimis: quia communio ſolet
parere diſcordias. Poteſt tamen defendi Rom. hoc modo, quod licet ratio
locum habeat, non tamen eadem uidetur eſſe. Nam facilius generatur occa-
182. ſio diſcordiarum in uniuerſitate bonorum, quam ſuper bonis particulari-
bus. Infertur quoq; ex ſupradictis ad quæſtionem quotidianam: †
An ſi teſtator reliquerit uxori legatum, ſi uidualem uitam & caſtam ſer-
uauerit, & perpetuo commorata fuerit apud filias, an talis diſpoſitio
debeat ualere? Quo ad primam partem, nulli dubium eſt talem diſpo-
ſitionem

diſpoſitionem ualere. Nam DD. abſolutè concludunt, teſtatorem
poſſe relinquere ſub illa conditione: ut patet in L. ſi quis ita hæres ſcriptus,
ſupra de acq. hæred. in L. ſi fundum, §. ſi ſub conditione, eod. tit. noſtro.
Benè uerum eſt: quod ſi teſtator alicui reliquerit ſub hac conditione ſi
non nupſerit, tunc illa, cui factum fuerit relictum poterit nubere: & con-
ſequi legatum, L. ij. C. de ind. Vid: toll: per rationes quas ibi imperator
adſignat, ibi cum mulieres ad hoc natura procreauerit ut partus ederent:
& eis maxima ſit cupiditas. Item ibi: augeri etenim noſtram Rempub.
legitimis natis: ut etiam dicebat l. C. in L. 1. ſupra ſol. matr. † Quan- 183.
tum uerò ad aliam partem inter Doct. eſt diſſenſio: Scilicet ſi filij præ-
moriantur, & ſic uxor perpetuò non manſerit apud filios. Nam dicunt,
tale legatum factum fuiſſe contemplatione & intuitu filiorum, & non
uxoris. Nam uerisimile eſt, parentem uoluiſſe filios ſuos ali, & educari à
matre, prout uidemus, quod lex ita conſiderauit in L. 1. C. ubi pup. educ.
deb. & ideò præmortuis filijs debeat omnino legatum extingui. L. lega-
tum, C. de cond. inſer. glo. & Bart. in L. in teſtamento, la. ij. infra de cond.
& demonſt. Si uero conſiderari poteſt quod teſtator non ſolum habuit
rationem ad filios, uerum etiam ad uxorem, & hoc principaliter, tunc
nullo modo extinguatur legatum filiorum obitu. Ita Bart. poſt glo. per
illum textum in L. 1. C. eod. tit. noſt. Et ita Ancho. in conſ. 175. nec
non præceptor meus ponderando aliquas coniecturas, quando teſtator
hoc uideatur feciſſe, nimirum dum teſtator ſic dixerit: lego perdilectæ
uxori meæ, propter mutuum amorem, & dilectionem quam habuimus.
Ita in conſ. 601. Viſo & eleganti, ubi per totum lib. 4. & idem in conſ.
475. Caſus de quo quæritur. eod. lib. 4. Tertio oppono L. ſi quis ita
hæres, ſupra de acq. hæred. ubi teſtator poteſt præfigere tempus adeundæ
hæreditatis: quod tamen eſt contra legem & regulam. L. actus legitimi
de reg. Iu. ubi expreſſe dicitur, aditionem hæreditatis non admittere
diem neq; conditionem. De L. ſi quis ita hæres, ſupra in princ. L. noſtræ
mentionem fecimus. Et de iſta contrarietate nullus opponit, nec aduertit,
neq; in d. L. ſi qui ſic ita, neq; in d. L. actus legitimi. † Non uideo quomodo 184.
poſſit clarius & planius reſponderi ad illum textum, quam ſi dicamus,
quod ibi ideo lex admittit talem conditionem, quia non poteſt contin-
gere, ut ille teſtator decedat inteſtatus: ex quo prouiſum erat per teſtato-
rem de ſubſtituto. Subſtitutio autem nihil aliud eſt quã ipſa inſtitutio. L. ſi
mulier, §. fina. ſupra de con. Inſt. Neq; dici poteſt ad terminos d. L. ſi quis
ita hæres, quod in aditione hæreditatis admittatur conditio quæ ius reſpi-
ciat: ueluti ſi in actu adeundæ hæreditatis dixero, adio talem hæreditatem ſi
de Iure poſſum. Hoc modo Bald. declarando illã regulã, dicebat procedere,
in L. potuit, 8. Quæſt. C. de Iu. Delib. Hanc Doctrinã præceptor meus ſe-
quitur in d. L. actus legitimi, nu. 6. ſed hoc eſſet contra d. L. ſi quis ita hæres ſcri-
ptus, ubi conſideratur conditio quæ conſiſtit in facto, nõ quæ conſideratur
in Iure. Quia teſtator ibi dixerat, ſi infra certum tempus adierit hæredita-
tem, & non aliter. † Ergo tenenda eſt ſolutio noſtra. Ex ſolutione tamen 185.
d. L. ſi quis ita hæres, colligitur: † quod finita cauſa dilationis, ceſſare 86.
debeat

187. debeat dilatio. Ita Bart. ibi, in ſummario dicit. † Et ibi infert Bart. ut ſi
præfigatur terminus Reo, ad reſpondendum poſitionibus, uel Libello, &
ipſe reſpondeat primo die termini, poteſt Iudex ad ulteriora procedere : ex
quo ceſſat cauſa dilationis. Quod eſt notandum, & iſtud dictum Bart. ibi
188. ſequitur Rom. & Aret. † Iſta tamen regula recipit ſingularem limitati-
onem, niſi tempus adſignatum fuiſſet per aliquas dictiones, & uerba quæ
omnino temporis extremitatem ſignificarent, ueluti dictio tunc, uel donec,
189. aut ſimilis aliqua. De hoc eſt caſus legis, in L. 4. in fin. de cond. & demonſt. †
& iſtud eſt uerũ, ſi tex. legatur prout cõmuniter legitur, ibi: quia ille articulus.
Non autem hoc colligeretur ſecundum Cuman: & alios, ſi ibi adpoſita fuiſ-
ſet copula & : quia implicaret etiam ſi non fuiſſet adpoſita. Sed ut dixi, in
Pandectis Florentinis copula non adponitur. Benè uerum eſt, quod tex.
ille, dũ dicit, Seio hæres meus decem dato: uult dicere Seia. Et ita in Pandectis
Florentinis legitur, ac magis congruit, ſi dicatur Seiæ, quàm Seio. Nã teſta-
tor ibi uolebat Seiæ relinquere ſi filius natus non fuiſſet, non autem tertio
maſculo. Quarto oppono de L. nonnunquam, infra de condi. & demonſt.
iuncta L. 1. infra tit. proximo L. ſi quis ſempronium, L. captatorias, L. illæ
autem inſtitutiones, ſupra de hær. inſt. L. captatoriæ, eod. tit. noſtro, in qui-
bus iuribus ſimul iunctis probatur, quod nec inſtitutio, neq; legatum poſ-
ſint conferri in arbitrium tertij, lege prohibente: ſed tamen conceditur teſta-
tori indirectè, & tacitè, ut poſſit conferre in uoluntatem alterius. Ad huiuſ-
modi iura ſolutio dari poteſt, ut patet in dictis iuribus, maximè in d. L. non
190. nunquam, & in d. L. ſi quis ſempronium: † quod licet teſtator non poſſit
lege prohibente conferre ſuam ultimam uoluntatem in uoluntatẽ alterius,
hoc tamen procedit ſi expreſſè diſpoſuerit, ut in d. L. nonnunquam : ſecus
uerò ſi tacitè, ut in dictis iuribus conſtat. Et probatur idem in L. actus legi-
timi, de reg. Iu. & in L. ſi in diem, §. fina. de cond. & demonſt. & facit regula
illa, de qua per Iureconſ. in d. L. nonnunquam, & eſt etiam regula, expreſſa
nocent. de reg. iu. Vt expreſſa noceant, non expreſſa non officiant. Et hoc
intelligitur quantum ad nullitatem actus, ut differentia ſit utrum teſtator ex
primat expreſſè uel tacitè. Ita Bal. intelligit prædictam regulã expreſſa no-
cent, &c. in L. eleganter, §. ſi quis poteſt, col. pen. de cond. Inde. & hoc idem
ſequitur præceptor meus in d. regula, expreſſa. nu. ij Iſta ſolutio cũ ratione
Bal. non uidetur tuta & firma. Nam actus facti contra diſpoſitionem legis
ſiue directè uel indirectè, ſiue quocunq; modo fiant, non tenent. L. Non
dubium, C. de legib. ubi quis dicitur lædere legem ſi uerba amplexus fuerit,
& legis ſententiam non ſeruauerit. Et ex d. L. non dubium habetis regulam
in c. certum, de reg. Iu. in 6. facit quoq; regula c. cum quid, de reg. Iu. in 6. ut
ſi quid prohibitum ſit una uia, alia quoq; prohibitum cenſatur per quam
ad id perueniatur. Accedit regula c. cum quid, eod. tit. de reg. Iu. in 6. ut ſi ac-
tus prohibeatur omnia cenſentur prohibita, quæ ex illo ſequuntur. Prop-
terea non inmerito Cyn. in L. in ementis, C. de contra. emp. dicebat, nul-
lam in Iure noſtro eſſe quæ minus ratione ſit ſuffulta, quam regula iſta: ex-
preſſa nocent. Idem refert Iaſ. in L. 3. §. filius, nu. 25. ſupra de Libe. & poſth.
191. † Propterea alio modo ſolue hanc contrarietatem : declarando regulam
prædictam

prædictam, expreſſa nocent, non expreſſa non. Quod aut quis diſponendo habet animum aliquid committendi in legem, & in eius fraudem alηs uerbis utitur, tunc ſiue tacitè, ſiue expreſſè, directè, ſeu indirectè diſponat contra ſententiam legis, & in eius fraudem, diſpoſitio eius omnino eſt nulla. † Nam lex neutiquam permittit, ut fiat fraus legi, L. Sed Iulianus, §. Mutui. ad SC. Macedon. L. fin. de calum. iuncto c. ſi ciuitas, de ſenten. excom. in vi. cum ibi nota: bonus etiam eſt textus in L. hoc modo, infra de cond. & demõſt. & plura ad hoc iura cumulari poſſent. Et ita procedat d. L. non dubium, cum alηs ſupra adductis. Quibus uero modis dicatur fraus fieri legi, ſingulariter ponit Bald. in d. L. non dubium, num. x. Secundo caſu, aut diſponens tacitè non habet animum diſponendi contra legem, nec in fraudem eius: et tunc ſi tacitè diſponat non offendendo mentem legis (quia ſententia legis ceſſauerit) diſpoſitio tacitè ualere poteſt, quæ expreſſè non ualeret. Quia in tacita diſpoſitione ceſſat mens legis. † Et hoc modo procedant iura ſupradicta una cum ratione illa, expreſſa nocent non expreſſa non nocent: de qua (ut diximus) in d. L. nonnunquam, & in d. L. Si quis Sempronium. Quinto oppono, §. ſanctiſsimas, in Authen. de alie. & emph. iuncta L. ſancimus, C. de ſacroſan. Eccle. ubi teſtator poteſt imponere conditionem in rebus relictis Eccleſiæ ut nullo modo poſsint alienari, etiam pro redemptione captiuorum: quod eſt contra d. L. ſancimus. † Item deciſio illius textus eſt contra omnia iura, quæ ſtatuunt præceptum teſtatoris nudum, abſq; cauſæ expreſsione de non alienandis bonis, non ualere: L. filiusfamilias, §. Diui, & ibi latiſsimè DD. eodem tit. noſtro, L. pater filium, §. Iuliano Agrippa, & in L. Lucius, infra tit. ſecundo, & tamen ibi non conſtat, quod expreſſa cauſa fuiſſet, & ſic deciſio illius textus in duobus diſponit contra leges: & uidetur dura & iniqua diſpoſitio Imperatoris, quod permittat in tam pia cauſa, & fauorabili, ut bona non poſsint alienari: cum uideamus leges ſemper † attenta æquitate, ut pietatis cauſa, recedere à rigore Iuris. De qua re eſt bonus textus in L. Si ſeruum, §. ſequitur, de uerb. obl. Et eſt etiam bonus textus, in L. cum is, §. Si mulier, de lu. dot. ibi. pietatis cauſa. Facit etiam textus in L. fin. C. ad leg. Falcid. Propterea Doct. in d. §. Diui, in quarta limitatione dicunt, per illum textum in d. §. ſanctiſsimas, limitari omnia prædicta iura: ut non procedant, quando ſumus in caſibus, in quibus ſpecialiter à lege diſponitur contra diſpoſitionem Iuris. Nam lex diſponit, ut bona eccleſiaſtica alienari non poſsint, d. L. Sancimus, tamen in caſu, de quo ibi, lex conceſsit: & ſic in omnibus caſibus ſimilibus: ut puta quod fundus dotalis non poſsit alienari, & non neceſſe eſt, ut exprimatur cauſa in prohibitione de non alienandis bonis. Ita per d. §. ſanctiſsimas, hoc uoluit gloſ. in c. uerum, de cond. adpoſ. in uerbo debent reuocari, & Bald. in L. Quoties, C. de fideicommiſſ. Cuman. Alexand. Iaſ. & omnes in d. §. Diui, hoc unanimiter dicunt. Et ratio huius limitationis eſt, ut illud pactum aliquid operetur ultra Ius commune: quod ſecus eſſet in caſibus non expreſsis. L. Si quando, C. de inoffi. teſtament. c. ſi Papa, de priuil. in vi. Iſta limitatio & ſententia Doct. nunquam mihi placuit, multoq; minus

G hodie:

Margin numbers: 192. (beside "la. † Nam lex"), 193. (beside "ſat mens legis. †"), 194. (beside "captiuorum ... †"), 195. (beside "uideamus leges ſemper †").

hodie : prout etiam alias diximus, in d §. Diui, præſertim ſecunda Nam
iſta ſententia caret omni ratione, quod in cauſa tam fauorabili, & pia, de-
ficat ualere præceptum teſtatoris abſq; cauſæ expreſsione. Imò in tali
caſu contrarium dicendum eſt, ut magis neceſſaria ſit expreſsio cau-
ſæ : quia de fauore animarum tractatur, quæ cunctis rebus præferen-
da eſt: d. L. Sancimus, & Docto. ratio in L. ualet. Nam melius eſt
& tutius uerba nihil operari, quam quod reſultet iniquitas & impietas,
prout reſultaret in caſu iſto, per not. DD. in L. fina. §. in computa-
tione, C. de Iu. delib. & maximè cum lex omninò dicat nullum eſ-
195. ſe præceptum, ut in d. §. Diui, & alijs Iuribus. † Non obſtat, d. §.
ſanctiſsimas, in quo conſiſtit omne fundamentum DD : quia re-
ſponderi poteſt, quod licet in textu hoc expreſſè non dicatur de cau-
ſæ expreſsione, tamen neceſſariò intelligendum eſt ad tollendum le-
gum correctionem, L. Præcipimus in fine, C. de appella. L. Sanci-
mus, C. de teſtament. Semper autem Iura iuribus reconcilienda ſunt.
197. c. cum expediat, de elect. in 6. L. Vnica, C. de inoffi. dot. † Item
talis intellectus contineret abſurdum, uidelicet, ut duo ſpecialia ſimul
concurrerent : quod à Iure noſtro non conceditur, per not. in L. 1. C.
de dot. promiſſ. Bart. & DD. in L. Si is qui pro tempore, de uſuca.
Primum eſſet ſpeciale, ut bona non poſſent alienari pro redemptione
captiuorum, contra, d. L. Sancimus. Secundum, ut nuda prohibitio
ualeret, contra prædicta iura. Et ad hoc optimè adduco autoritatem
198. Ange. in conſ. 153. ubi per totum illud conſilium † uoluit, teſtatoris
prohibitionem de non alienandis bonis relictis Eccleſiæ non ualere, quia
prohibitio fuerat nuda : multo ergo minus dixiſſet Ange. in caſu noſtro
tam pio & fauorabili. Propterea poſſet quis reſpondere ad dictum tex-
tum in d. §. ſanctiſsimas. Quod ille textus, ſecundum Codicem Græ-
cum non loquitur generaliter, prout textus noſter, qui communiter le-
199. gitur. † Nam Græcè habetur, ſacroſanctas Eccleſias, τῶν ὁσιώτατων καὶ τόμως
Ciuitatum, non autem dicit omnes eccleſias. Necq; ibi dicitur, ſeu Oeco-
nomos ciuitatum. Propterea Accurſ. ibi implicatur in uerbo ciuitatum,
dum exponit, ideſt eccleſiarum, cum ergo textus ibi loquatur in ſpecie
de duabus ciuitatibus : ideo talis diſpoſitio uti rigoroſa, procedat & re-
ſtringatur ad illum caſum : quia odia ſunt reſtringenda. L. Cum qui-
dam, ſupra de libe. & poſthu. c. odia. de reg. Iu. in 6. Sed huic intellectui
200. obſtare poſſet, quod etiamſi legatur iſte textus prout græcè legitur, †
tamen expreſsio illarum duarum ciuitatum, ſeu locorum, non debet re-
ſtringere diſpoſitionem, per textum in Authen. caſſa, iuncta gloſ. ibi,
Bart. & DD. omnes, prout ibi latè per præceptorem meum, nu. 8. C. de
ſacroſanct. eccle. ſcilicet quod expreſsio loci nõ ſolet reſtringere diſpoſitio-
nẽ. Facit textus iuncta glo. in . Vnica, in uerbo ſponſum, C. de Rap. Virg.
Attamen ſi quis uellet defendere hunc intellectum poſſet reſpondere iſta
uera eſſe, niſi expreſſè cõſtaret de mente diſponentis diſpoſitionẽ reſtrin-
gi ad illa loca: ut DD. dicunt in d. Auth caſſa. Hoc uidetur probari ibi, dum
textus ſubſequendo loquitur de eccleſia Hieroſolymitana, alijſq; eccleſijs,
& in

& in fine textus uult: quòd bona immobilia poſsint alienari pro redemptione captiuorum, prout prius diſpoſitum erat in d. L. Sancimus, atq; hæc notabitis: quia noua ſunt. † Preterea aliud auderem dicere: diſpoſitionem, d. §. ſanctiſsimas non procedere de Iure Canonico, ut teſtator huiuſmodi legem imponere poſsit, ne bona alienari poſsint pro redemptione captiuorum: quia impium & iniquum uidetur ut prædicta bona, in huiuſmodi cauſa tam pia, & fauorabili alienari non poſsint. † Nam bona relicta Eccleſiæ, Chriſto tradita uidentur: & Chriſti eſſe dicuntur, 1. quæſt. 2. c. nulli liceat, & c. uidentes. Et propterea bona Eccleſiaſtica dicuntur eſſe patrimonium Chriſti, ut in c. cum ex eo, de Elect. in 6. Ideoq; durum eſſet, ut teſtator uincire poſſet manus prælatorum, qui Chriſti uicem repræſentant: ut non poſsint prædicta bona alienare. Nã Canones omnes, ultra leges ciuiles antiquas, in huiuſmodi tam pia cauſa concedunt alienationem, ut in c. Apoſtolicos. xij. quæſt. ij. Ideo textus in d. §. Sanctiſsimas, corrigi debet à Sacris Canonibus: cum pro redemptione captiuorum tractetur de fauore animarum, quæ cunctis rebus præferenda eſt: æquum enim, & iuſtum eſt, ut miſeri captiui redimantur ab infidelibus: & ideo diſpoſitio, d. §. ſanctiſsimas, ut rigoroſa, non debet aſtringere Eccleſias & perſonas eccleſiaſticas: cum laici non poſſint diſponere etiam in fauorem eccleſiarum, c. Sanctæ Mariæ, de Conſt. Et leges Canonicæ nullo modo admittunt leges ciuiles ſuper ſpiritualibus, uel annexis. c. cum laicis, de rebus Eccle. non alienan. & habetis etiam textum de Iure Ciuili in Authen. caſſa & irrita, C. de ſacroſanct. Eccle. & ita ſi mihi caſus contingeret conſulerem, & iudicarem. Pro confirmatione autem meæ ſententiæ adduco autoritatem Frede. de Senis in conſ. 189. † ubi dicit, ſtante neceſsitate Eccleſiam poſſe alienare, non obſtante teſtatoris prohibitione de nõ alienandis bonis. Quantò ergo magis in caſu iſto. Et hæc procedunt quantum ad d. §. ſanctiſsimas: Veruntamen non uidetur propterea ſoluta oppoſitio quantum ad L. noſtram. Non uideo aliam reſponſionem, niſi dicamus, quod ideo lex hoc uoluerit, ut non poſsint alienari bona pro redemptionẽ captiuorum: quia nulla lex præcedebat quæ hoc prohibuit. Cum ergo talis diſpoſitio non erat à lege reprobata: merito teſtator potuit prædictam conditionem adponere. Nam quiſq; poteſt rei ſuæ quamcunq; conditionem adponere, L. 3. in fin. & ibi DD. not. de contrahen empt. Sexto oppono de L. pen. cum pluribus alijs, C. de bon. mater. iuncta Authen. excipitur, C. de bon. quæ libe. in quibus iuribus dicitur, quod licet lex diſponat in bonis aduentitijs uſumfructum patri acquiri: tamen teſtator poteſt legem imponere, ut uſusfructus non acquiratur patri. † Solutio dari poteſt, quod illa iura procedunt in bonis acquirendis: propterea enim lex facilè conceſsit talem autoritatem teſtatori. Nam uidemus legem in bonis quærendis, diſponere, ut perſonæ poſsint nobis præiudicare: ſecus in acquiſitis, L. fina. C. de acquiren. poſſ. gloſ. & DD. in L. Seruus, C. de pact. facit ad hoc quod uoluit ſingulariter, Imol. in conſ. 74. ut ſi

201. 202. 203. 204.

205. Ius Municipale extaret quod prohiberet mulierem poſſe alienare ſine conſenſu propinquorum, tale ſtatutum non haberet locum in bonis quærendis: ſed procederet tantum in bonis quæſitis. Faciunt ea quæ DD. uolunt in d. c. ſanctæ Mariæ: quod ſtatuta laicorum alligare poſsint clericos in bonis quærendis. Et ratio legis hæc eſt, quia in bonis quærendis tractatur de lucro: ſed lex nullo modo conſiderat lucrum ſicut damnum, L. precia rerum, in princ. ad L. Falcid. ubi dicit: nos non eſſe locupletiores, ſi hæredes inſtituti ſumus, antequam adeamus. Diuerſa autem ratio
206. eſt lucri & damni, L. fina. §. licentia, C. de Iu. delibe. † Septimo oppono, L. Quamuis, C. de Impub. & alijs ſubſtit. & L. Nam hoc Iure, de uulg. & pupilla. Ad iſta iura reſponderi poteſt, quod ideo lex ceſſat quando teſtatoris uoluntas expreſſa reperitur, ut ibi, quia ibi lex non intendebat impugnare teſtatoris uoluntatem: imò fauorabilis erat teſtatori, & coniectura quærebat eius mẽtem, merito, ſi conſtat expreſſè de teſtatoris uoluntate, lex non ulterius procedit. Et ideo adducitur textus in L. cum ex filio, §. 1: quod expreſſum facit ceſſare tacitum, & regula quæ dicit, quod eadem ſit uirtus taciti et expreſsi L. Cum quid, & ibi DD. Si cert. pet. procedit: ſi coniunguntur, ſecus uerò ſi ſeperantur, quoniã ut dixi expreſſum facit ceſſare tacitum. Octauo oppono. de L. Ius noſtrum, de reg. Iu.
207. iuncta L. Quoties, §. ſi duo, ſupra de hær. inſt. † ubi probatur, teſtatorem poſſe prohibere Ius accreſcendi: ſecundum intellectum Bart. ibi, & DD. communiter in L. re coniuncti, infra tit. iij. & ſic apparet ibi, teſtatorem diſponere poſſe contra legis diſpoſitionem. Ad ſolutionem iſtius contrarij deueniendum eſt ad ea quæ DD. latiſsimè tradunt in d. L. re coniucti, & breuibus non diu inſiſtendo, dicendum eſt quod aut ſumus in legatis ſeu fideicommiſsis, ſiue particularibus, ſiue uni-
208. uerſalibus, † & tunc teſtatorem poſſe prohibere Ius accreſcendi: eò quia ceſſat ratio. d. L. Ius noſtrum, Nam titulus legati non trahitur ad hæredis inſtitutionem. L. Hiſce uerbis, cum ſimilibus, ſupra adductis in principio. L. noſtræ, de uerbo ſignifica. Et eſt bonus textus, in L. Dominus, §. 1. cum gloſ. de uſufruct. Si uerò ſumus in hæreditatibus, tunc diſſentiunt DD. ac quatuor diuerſæ ſententiæ reperiuntur, inter quas Bart. ſententia recepta eſt in d. L. Quoties: ut teſtator poſſit prohibere Ius accreſcendi. Exempli gratia, ſi teſtator inſtituerit aliquem in fundo, & ſic in re certa, dixeritq́ illum non poſſe plus petere: iſto caſu erit prohibitum ius accreſcendi; quia inſtitutio non traheretur ad uniuerſum, prout lex diſponit, L. 1. §. ſi ex fundo, ſupra de hæred. inſt. Et iſto caſu ſecundum Bart. ualebit teſtatoris prohibitio, inſtitutio uiciabitur, & erit locus ſucceſsioni ab inteſtato. Et cum hac ſententia Bartoli pertranſit Bald. & Imo. in c. 1. de teſtament. Et ſententiam Bart. ibi ſequuntur Ange. & Caſtren. & eam communem eſſe adſerit Corne. in L. Quoties, C. de hæredi. inſt. & no-
209. uiſsimè Crot. in d. L. re coniuncti, numero 59. † Iſta ſententia

Bart.

Bart. licet communis ſit, tamen non uidetur in puncto Iuris uera. Pri-
mo per rationem adſignatam per Iureconſul. in d. L. Ius noſtrum,
ſcilicet contra naturalem rationem, de qua ibi. Secundo, quia ius accreſ-
cendi licet proueniat ex tacita teſtatoris ſententia: L. ſi Tirio, & Mæuio,
§. Iulianus, & ibi not. eod. tit. noſtro. Alex. latè tractat in L. in teſta-
mento, ſupra de uulg. & pup. & præceptor meus in Rub. C. Quan. non
peten. par. principaliter tamen prouenit ex legis diſpoſitione, per rationem
d. L. ius noſtrum. Ob id merito attendenda eſt magis legis diſpoſitio, quam
tacita uoluntas teſtatoris: per regulam, quod id quod principaliter con-
ſideratur inſpicitur. L. ſi quis nec cauſam, ſi cer pet. Tertio per L. 1.
§. ſi ex fundo, ſupra de hær. inſt. ubi lex uult, ſi teſtator hæredem in re
certa inſtituat, quod talis diſpoſitio trahatur ad uniuerſum, eodem modo
quando teſtator ſtatuit ut teſtamenta ſeruentur. Et ita tenendo non ob-
ſtat textus in d. L. quoties, §. ſi duo, ibi niſi teſtatoris uoluntas. † 210.
Quia ille textus, prout etiam Crotus dicit, & antequam eum uiderem
idem ſentiebam, non habet ſenſum quem Bart. ibi uoluit ad illum
textum. Senſus genuinus illius textus eſt: quod ſi teſtator plures in
diuerſis portionibus in re certa inſtituerit, nullo adiecto cohærede,
quod talis diſpoſitio trahatur ad uniuerſum, & quod dicti hæredes æ-
qualiter ſuccedant. Hoc expreſſè dicit textus, cum ponit exceptionem
Iureconſ. niſi manifeſta &c. quaſi diceret: quod ſi conſtaret manifeſtè
de teſtatoris uoluntate (ut in tali inſtitutione facta de re certa, & in diſ-
paribus portionibus) tunc diſpoſitio trahatur ad uniuerſum, & inæ-
qualiter fiat ſucceſſio ſi expreſſè conſtiterit teſtatorem ſic diſpoſuiſſe. Non
habet ergo ille textus ſenſum Bart. & communem: cum ibi ſit ſpecialis
caſus, quod teſtator inſtituat aliquem in re certa, & teſtator poſtea dicat
in exceptione, ut ille non poſſit plus petere. Exceptio autem debet eſſe
de regula, & ſecundum dictum. Notabilis tamen eſt ille textus qantum
ad primum dictum, quia dicendum uideretur, quod debuiſſent in uniuer-
ſum ſuccedere in portionibus inæqualibus ſicut à teſtatore uocati ſunt,
textus eſt in ſimili in L. ſi ita ſcriptum, ſupra de libe. & poſth. Et hoc
modo dicendo, negandoq́ indiſtincte teſtatorem non poſſe prohibere
ius accreſcendi: oppoſitio noſtra tollitur. Nam poſito q̃d uera eſſet ſen-
tentia Bar. (cũ teſtatoris diſpoſitio ſecundũ intellectũ Bar. & communem
non contradicat legi noſtræ: quia Bart. ibi in d. §. ſi duo, nõ uult q̃d pro parte
decedat inteſtatus, imo uult quod in totum uicietur inſtitutio) ualet tamen
prohibitio teſtatoris, & ſic in effectu non læditur diſpoſitio d. L. ius noſtrũ.

Abſolutis oppoſitionibus tam per Bart. quam per nos factis uenio ad
quæſtiones Bart. quarum ſeptem ſunt.

Quantum ad primam, ex eius dictis colligitur licet obſcure, & ordine
peruerſo: † Teſtatorem hodie non poſſe prohibere hæredem detrahere 211.
quartam trebellianicam. Et eius ſententiam hic (licet contrarius ſibi
fuerit in alijs locis) tenuit inprimis Iacob. de Belui. in d. §. ſi uero ex-
preſſim, Hoc idem uoluit Bal. in L. filium quem habentem, C. famil.

Hercuſ. Immo. in L. Marcellus, infra ad S C. Trebel. Nec non Alexan. qui dicit hanc ſententiam in puncto Iuris ueriorem eſſe. Iſte articulus eſt ualde diſputabilis prout per D D. hic & in d. L. Marcellus:& ſententiam Bart. ſequuntur quoq; Crot. & Viennenſes hic. Et ut adpareat ueritas iſtius articuli, referam ea quæ adducuntur pro ſententia Bart. hic. Et primo quidem loco facit, quod cum Ius antiquum ſit correctum duntaxat in Falcidia: de §. ſi uero, non debet extendi ad trebellianicam: uitanda eſt enim correctio, L. Sancimus, C. de teſtamentis, L. præcipimus in fin. C. d Appellationibus & iſta ratione uſus fuit Accurſ. qui fuit autor iſtius ſententiæ in d. §. ſi uero expreſſim. †

212. Secundo etiam facit, quia Trebellianica detrahitur contra uoluntatem teſtatoris, ut paret in iunbus adductis hic per Bart. in L. ſi ut allegas, C. ad leg. falc. in L. Titio in fin. infra ad Trebellian. in §. ſed quia, in Inſt. de fideicommiſ. hæred. Et ideo lex uoluit teſtatorem poſſe prohibere Falcidiam detrahi: eo quia Falcidia ueniebat ex teſtatoris uoluntate, & quia eius gratia & intuitu introducta erat, ut patet in Inſt. ad leg. Falc. in princ. merito lex uoluit ut teſtator poſſet prohibere detrahi. Hæc ratio ceſſat in Trebellianica, cum detrahatur contra teſtatoris uoluntatem. Tertio facit: qui grauatur in uno, in alio debet releuari, L. eum qui, de Iureiu. Sed hæres grauatus reſtituere hæreditatem, compellitur adire, L. cogi, & L. Nam quod, §. fin. infra ad Trebell. Quarto & ultimo facit, uerba d. §. ſi uero expreſſim, nullo modo conueniunt fideicommiſſo uniuerſali. Ergo non debet conuenire diſpoſitio, d. §. L. 4. §. Quoties, de dam. inf. Quod non conueniant uerba adparet, quia diſponitur ibi, ut ſi hæres nõ adierit hæreditatem, legata debeantur etiam non adita hæreditate, contra Ius antiquum, & regulas Iuris in L. ſi nemo, ſupra de teſta. tute: L. eam quam, C. de fideicom. ubi diſponitur, quod hæreditas deuoluatur ad perſonas ibi enumeratas. Hoc autem contingere non poteſt in fideicommiſſo uniuerſali: nam ſtatim non adita hæreditate, fideicommiſſum euaneſcit. Ratio eſt: quia imputandum eſt fideicommiſſario ſi non compellit hæredem adire uigore SC. Trebelli. Si ergo uoluit fideicommiſſarius, non poterit locum habere diſpoſitio noua in d. §. ſi uero expreſſim. Secunda eſt ſententia Bart. in L. Marcellus, infra ad Trebel. & in d. auth. ſed cum teſtator, † ubi Bart. firmat hanc concluſionem:

213. quod ſicut hodie ius antiquum correctum eſt in Falcidia, eodem modo in Trebellianica, & eius ſententia communis eſt, hocq; ante ipſum dixerunt plures antiqui, ut per Dyn. Iacob. de Are. Petr. in d. Aut. ſed cum teſtator, & ibi Salyc. & Cuman. hanc etiam tenuit Bald. in L. cum exilio, §. duobus, ſupra de uulg. & pup. Soccin. in Rub. infra. ad Trebel. dicit hanc eſſe communem. Hoc idem Alex. adſerit in conſ. 67. conſideratis his, lib. 1. Bal. in conſ. 94. punctus quæſtionis. lib. 2. Corn. in d. Aut. ſed cum teſtator, dicit quoq; hanc eſſe communem. Crot. quoq;

214. hic idem adſerit. † Vltra adducta per eos, adde Aretin. in conſ. 27. ſequendo ordinem, Roman. in conſ. 239. in hac re. Sicu. in conſ. 8. lib. 1. Cuman. in conſ. 28. Dec. in conſ. 256. Quæro an legitimatus, nu. 3. lib ij.

Hanc

Hanc quoqꝫ communem eſſe nouiſſimi dixerunt Iaſ.in conſ. 84. Redemptoris noſtri, nu: 9. in fine. lib. 1. Rui: in conſ. 135. Viſo themate & dubijs nu. 4. lib. 3. Marian. Soccin. Iunior in conſ. 137. Viſo proceſſu, nu. 6. lib. 1. ubi dicit hanc eſſe magis communem, licet nonnihil dubitare uideatur. Pro hac ſententia communi adducitur, quod Falcidia & Trebellianica iure antiquo ſunt æquiparata. L. Marcellus, in fin. principij, ſecundum intellectum ibi per Bart. infra ad Trebel. † Ideoqꝫ quod diſponitur in uno, cenſeri debet diſpoſitum in alio, per not. in L. ſi quis ſeruo, C. de furt. D D. latè in L. ſi conſtante, ſol. mat. in L. 1. §. lex Falcidia, infra ad leg. Falc. & hoc maximè dicendum eſt, quia Falcidia & Trebellianica ſub lata ſignificatione uocabuli continentur: ut in L. Titia, infra ad leg. Falc. in L. ſi ut alleGas, C eod. ad leg. Falc: ſequitur quod idem dicendũ in uno quod in alio. Secundo facit, quia ratio expreſſa in d. §. ſi uerò expreſſim, militat tam in Trebellianica quam in Falcidia: quod quis piè agere uoluerit parendo teſtatoris uoluntati. Cum ergo ſit eadem ratio extenſio fieri debet, ut in glo. in clem. 1. in uerbo eligatur, de elect. Tertio facit ſecundum Cuman in conſ. 25. quo etiam utitur Alex. in d. conſ. 66. fauorabilior eſt cauſa Falcidiæ quam Trebellianicæ. L. in quartam in princ. infra ad L. Falc. ideo diſpoſitio d. §. ſi uerò extendi debet ad Trebellianicam. Quarto ſecundũ Socc. & Iaſ. urget pro hac ſententia cõmuni d. L. Marcellus. Nam ſi hanc ſententiã tenemus, ut ex ind. §. ſi uerò, extendatur ad Trebellianicam: talis diſpoſitio reduceret nos ad ius antiquum legis duodecim Tabul. quo tempore conceſſum erat teſtatori, ut ad eius libitũ diſponere poſſet de rebus ſuis abſqꝫ ulla detractione, ut patet in Inſt. ad leg. Falc. in princ. in L. his uerbis, de uerb. ſig. in § diſponat. Auth. de Nupt. † quo caſu etiam in correctorijs extenſio conceditur, ut glo. ſingularis uoluit in c. ſtatutum, in uerbo numerandum, de preben. in 6. Et in iſto argumento Socc & Iaſ. figunt pedes pro ſententia communi. Quicquid ſit: † mihi magis placet pars negatiua, quæ uerior eſt in puncto Iuris, ut Alex. Iaſ. & alij fatentur in d. L. Marcellus. Et pro hac ſententia facit quod uoluit Crot. hic ponderando textum in c. Raynaldus, de teſta. ubi expreſſe dicitur, Falcidiam detrahi contra uoluntatem teſtatoris. Qui textus neceſſaria intelligendus eſt de quarta trebellianica, & eſt poſterior d. §. ſi uerò expreſſim: tamen ibi dicitur, detractionem Trebellianicæ eſſe contra teſtatoris uoluntatem: quod nullo modo dici poſſet, ſi diſpoſitio d. §. ſi uerò, hoc diſpoſuiſſet. Nam non dicitur eſſe contra teſtatoris uoluntatem, ſi teſtator uoluerit prohibere, & poſſit lege permittente. Secundo per textum moueor in d. §. ſed quia, Inſt. de fideicommiſſa Hæred. ubi Iuſtinianus ipſe qui eſt autor d. §. ſi uerò, dicit trebellianicam retineri ſiue ex uoluntate teſtatoris, ſiue contra. Itaqꝫ ſi cenſeretur facta extenſio ad Trebellianicã, uideretur Iuſtinian ſemet corrigere: quod nullo modo eſt præſumendum, argumento L. Nam ad ea, in princ. infra de cond. & demon. Tertio moueor, quia certũ eſt, quod diuerſa eſt ratio in Trebellianica, & in Falcidia. Nã (ut ſupra dictum eſt) fideicommiſſarius poteſt compellere hæredẽ inſtitutũ ut ſibi reſtituat: L. quia poterat, L. cogi, L. Nam q̃d, §. fin. cũ ſimil. infra ad

215

216

217

Trebel.

Trebell, quod ſecus eſt in hærede ſimpliciter inſtituto, qui non poteſt cogi adire. Quarto facit ratio inconuincibilis, ut nullo modo diſpoſitio d. §. ſi uerò, extendatur ad Trebellianicam: arguendo ibi à ratione finali ceſſante. Nam ratio finalis illius diſpoſitionis fuit (ut ibi in pluribus locis adparet, & præſertim in §. Hinc autem nos) imperatorem Iuſtinianum ibi uoluiſſe prouidere teſtatoribus, quando hæreditas legatis conſumeretur, & ſic teſtatoris uoluntas non adimpleretur, per remedium legis falcidiæ: & plura ſtatuit,
218. uolens in ſpecie, teſtatorem poſſe prohibere Falcidiam. † Supradicta ratio finalis fuit, quæ præſumitur finalis: prout adparet ex proœmio illius Auth. & per tot. ut dicit Bart. in L. fin. per illum textum ſupra de hær. inſt. Ratio uerò illa finalis, non militat in fideicommiſſo uniuerſali, & in quarta trebellianica: quia quarta Trebellianica nullo modo conſumit hæreditatem, & non dicitur diminui reſtatoris uoluntas, ex quo lex concedit hæredi grauato ſub illa conditione, ſi ſponte adierit hæreditatem: ſecus uerò ſi compulſus. Ideoq; quum ceſſat ratio finalis, ceſſare debet diſpoſitio, L. 1. §. ſexum, cum ibi nota. de poſtul: & ſimilib. † Et ita tenendo hanc ſententiã,
219. quæ in puncto Iuris uerior eſt: non obſtat primo textus in d. L. Marcellus hic per Bart. inductus: quia pluribus modis reſponderi poteſt, ut per Doct. latiſſimè, & maximè per Iaſ. in d. L. Marcellus. Nam licet ibi Iureconſ. faciat æquiparationem de Falcidia ad Trebellianicam, non tamen ibi adparet Iureconſ. uelle æquiparare iſtos duos caſus: ſed in illo caſu tantum facta eſt æquiparatio, de qua ibi ob id, non debet colligi argumentum per illum tex.
220. † Nam ita demum ualidum eſt argumentum de uno caſu ad alium in correctorijs, quando Ius antiquum inducit æquiparationem per uiam regulæ, ut in terminis L. ij. & ibi DD. ſupra eod. tit. noſtro: quod ſecus eſt ibi. Item etiam (prout dicit Salyc. ibi & Doct.) ille textus arguit de Trebellianica ad Falcidiam, & non è contra: ut in terminis noſtræ quæſtionis. Item reſponderi poteſt (prout ultimo loco dicit Iaſ. ibi) quod ille textus nullo modo probat caſum noſtrum: ſenſus enim legis latoris eſt, quod ſi hæres hæreditatem uti ſuſpectam adierit coactus, tunc non debet detrahere quartam: ſicut in teſtamento militis, & aliorum nõ detrahitur Falcidia. Nam quando coactus adijt, perdit beneficium Senatusconſulti Trebellianici quia Senatusconſultum prædictum ita demum uoluit aliquem poſſe percipere quartã ſi ſponte adierit hæreditatem, & non alias: ut patet per totũ illum titulum, ad Trebel. Iſte uidetur genuinus ſenſus illius textus, licet non ſit intellectus Iaſo. Fuit etiam antiquorum, & quorundam aliorum recentiorum. Non obſtat ſecundum: quia ratio ibi de pietate (quã textus in d. §. ſi uero expreſſim conſiderat) nõ eſt finalis, ſed perſuaſiua, prout Barr. ſupr. & alij fatentur. Ratio uero finalis d. §. ſi uero expreſſim eſt: ne hæreditas conſumatur legatis, & hoc modo teſtatoris uoluntas pereat, quæ non perit, ſi detrahatur quarta. Ad tertium reſpondetur: quod licet in aliquibus fauorabilior & fortior ſit Falcidia quam Trebellianica d. L. in quartam: non tamen ſequitur propterea, quod debeat fieri extenſio: cum ceſſet ratio finalis, ut ſupra diximus. Item ſumus in correctorijs, quo caſu etiam non ualet argumentũ: ut per Doct. poſt glo. in Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccl. & in d. L. Marcellus.

Marcellus. Non obſtat ultimum fundamentum, quod plurimum Iaſ. ex= tollit, & fuit Soccini in d. L. Marcellus. Quia reſpondetur: quod hoc ue= rum eſt quando res reuertitur ad Ius commune, & ad Ius antiquum, ut eſt: quando quarta detrahitur contra teſtatoris uoluntatem, ſicut in d. §. ſed quia, & d. c. Raynaldus. Sed ibi eſſet reuerſio ad Ius antiquum ſeu antiquiſ= ſimum, quod iam erat correctum iure publico: d. L. Quod de bonis, §. 1. ideo non debet admitti recurſus ad Ius antiquum. Ita debet intelligi illa glo. in d. c. ſtatutum, in uerbo numerandum, & pro hac declaratione fa= cit quod communiter ſolet adduci, uidelicet dictum Bart. communiter receptum in L. omnes populi, nu. 33. de Iuſt. & iu. † ubi concludit Bar. po= 221
pulos inferiores poſſe abſq; ſuperioris autoritate ſtatuere, & diſponere, ſi eorum diſpoſitio reuertatur ad ius commune, adducit textum in argumen= tum, in L. 2. ſupra de iniu. Rup. irri. teſtament. & in L. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, C. de teſtament.

Retenta communi ſententia limitatur ſingulariter textus in d. §. ſi uero expreſſim † non habere locum in filijs primi gradus. Iſta fuit ſingularis li= 222
mitatio Bal. in L. Iubemus, in duobus locis ibi, C. ad Trebell. per illum tex= tum, & ibi Salyc. Idemq; uoluerunt Saly, & Caſt. in d. Authen. ſed cum te= ſtator. Idem Bal. Roman. & Iaſ. in d. L. Marcellus, ſecundum hanc conſu= luit Roman. in conſ. 206 Licet in cauſa, Alex. in conſ. 5. lib. 3. ibi contra= rius, Cuman. in conſ. 35. Et hæc eſt cõmunis ſententia, ut DD. latè, & maxi= mè Iaſ. adſerunt in d. L. Marcellus. Hanc quoq; eſſe cõmunem adſerit præ= ceptor meus in conſ. 81. nu. 3. lib. 1. & Corne. in d. L. Iubemus. Eam quoq; communem & æquiorem dicit eſſe Mar. Socc. Iun. in conſ. 132. ad corro= borationem, nu. 1. lib. 1. Hoc idem uoluit Ruin. hic, & ſecundum hanc ſen= tentiam ipſe conſuluit, ut patet in conſ. 21. nu. 8. lib. 3. Hanc quoq; tenuit Iaſ. in conſ. 99. Redemptoris Crucifixi, nu. 3. lib. 1. Eandem quoq; eſſe com= munem & æquiorem dicit hic Crot. ſecundum quam ipſe conſuleret & iu= dicaret. Contrarium uerò tenuit in primis Cyn. in d. L. Iubemus, nu. 4. & ibi fortius uult: quod etiam d. L. Iubemus correcta ſit in caſu expreſſo, ut hodie teſtator poſſit iubere, ut fructus computentur in quartam: ſecus de Iure antiquo, ut patet in L. in fideicommiſſario in princ. infra ad Trebell. Et hãc ſententiã ſecutus eſt Cuman. in L. Cohæredi, §. cũ filiæ, ſupra de uulga. & pupilla. Alex. & Socc. in d. L. Marcellus. Hanc quoq; partem ſecutus eſt Alex. in conſ. 67. conſideratis his, col. 2. lib. 1. & in conſ. 29. perſpectis, lib. 5. Iſte articulus eſt ualdè dubitabilis, & in puncto Iuris uerior uidetur ſententia Cyn. quàm Bal. Sed ut adpareat ueritas iſtius quæſtionis, conſideranda eſt diſpoſitio d. L. Iubemus, in quo totum fundamentum cõſiſtit. Bal. pro ſua limitatione inducebat d. L. Iubemus, quod ſicut ibi corrigitur Ius an= tiquum, ut fructus non imputentur in quartam in filijs primi gradus, licet teſtator hoc expreſſè diſpoſuerit ſicut Bal. dicebat, ſi teſtator non poteſt minuere quartam, propter computationẽ fructuum: ita à fortiori minus poterit in totum auferre quartam, argumento L. Videamus, §. item uiden= dũ, de in lit. iur: † Iſta ſententia licet cõmuniter recepta ſit, mihi nullo mo= do placet, & ſequor in hoc ſententiam Cyn. & aliorũ tenentium contrariã 223

H partem

partem. Et in primis conſidero textum in d. L. Iubemus, in quo Bal. & alij fundamentum faciunt, quod ille textus nullo modo probat eius intentionem, Imo nullum uerbum colligi poteſt ob quod uerificetur iſta limitatio. Nam ſi Imperator uoluiſſet, ut ſpecialiter obtineret, q̃d teſtator nõ poſſet prohibere quartam, utiq; Imperator hoc dixiſſet: ſicut expreſſè ibi conceſsit filijs primi gradus, ut eorum fauore fructus non computarentur in quartam. Sed quia nullum uerbum Imperator de hoc fecit, dicendum eſt, Imperatorem id noluiſſe, argumento L. Vnicæ, §. ſin autem, C. de cad. toll. L. Veteribus, cum ſimil. b. de pact. Secundo etiam non uidetur procedere iſta limitatio abſq; ullo dubio. Si tenemus præcedentem ſententiã, quod textus in d. §. ſi uero, non extenditur ad trebellianicam: ceſſaret iſta quæſtio. Tertio etiã facit, quod non ſit ualidum argumentum Bal: quia ſi uerum eſſet eius argumentum ſequeretur hoc abſurdum, quod plura ſpecialia circa idem inducta eſſent: quod non eſt dicendum, per not. in L. 1. C. de dot. promiſſ. Bart. & Doc. in L. Si is qui pro emptore, de uſucap. Primum ſpeciale eſſet, quod teſtator nõ poſſet prohibere detractionem quartæ ſecundum Bal, quod eſſet contra, d. §. ſi uero, iuxta communem ſententiam. Item expreſſè ibi adparet, quod fructus non imputarentur in quartam: quod eſt contra Ius antiquum d. L. in fideicommiſſaria, & per nota. in L. mulier, §. cum proponeretur, ad Trebell. Confirmatur etiam iſta ſententia. Nam ex quo diſpoſitio. d. L. Iubemus, eſt correctoria Iuris antiqui, non debet extendi etiam à maioritate rationis, per not. in Auten. quas actiones, C. de ſacroſanc. eccle. Confunditur etiam manifeſtè ſententia Bald. per d. L. Iubemus. Et argumentum Bal. nullo modo poteſt ibi colligi, quia illo tempore teſtator non poterat prohibere trebellianicam: ſicut hodie ſecundum ſententiã communem. Cum ergo illo tempore ille textus loqui non poterat, mentem Imperatoris ibi fuiſſe, facere extenſionem à fortiori, abſurdum eſt dicere. Ita reperio Cuman. & Alex. in d. L. Marcellus, reſpondere ad d. L. Iubemus: & ſola iſta reſponſio tollit fundamentum Doct. Alio etiam modo reſpondebat Salic. in d. L. Marcellus: quod tempore, d. L. iubemus, imputatio fructuum nõ pendebat ab arbitrio teſtatoris: quia licet teſtator tempore digeſtorũ nõ potuiſſet trebellianicam prohibere, tamen illo tempore fructus computabantur in quartam: ergo non poteſt colligi argumentum per illum textum. Ex iſtis adparet clarè, in puncto Iuris ueram non eſſe hanc limitationem Bal. ex quo lege non probatur. Et ſi quis diceret, quod ſaltem æqua eſt eius ſententia: reſponderi poſſet, quod imo non ſit attendẽda æquitas in caſu iſto: cum rigor Iuris ſcriptus ſit, ut teſtator poſsit prohibere trebellianicam. d. §. ſi uerò expreſsim, ſecundum tamen cõmunem ſententiam. Cum ergo rigor Iuris ſcriptus ſit, præferri debet æquitati nõ ſcriptæ, ut per Doct. & maximè Iaſ. ibi in L. Placuit, C. de Iud. Illud dictum, quòd æquitas ſemper attendenda ſit procedit, niſi rigor Iuris ſit ſcriptus, ut in L. Bona fides, Depoſ. Sciendũ eſt quoq; unũ, ad diſpoſitionẽ d. L. Iubemus: illud quod ſingulariter diſponitur, ut fructus non computentur in quartam, non eſt correctũ hodie per. d. §. ſi uero experſsim, prout Cyn. uolebat in d. L. Iubem⁹:

quia

quia tex. in priuilegio ibi expreſſo remanet incorrectus. Nam tex.in d. §.ſi
uerò,licet generaliter loquatur,non tamen extendi debet ad diſpoſitionẽ
d.L.Iubemus, quantũ ad caſum expreſſum ibi. Ratio eſt: † quia lex ge- 224.
neralis: nõ includit,neq; tollit priuilegia clauſa in corpore Iuris. L.3. cum ibi
nota.C.de ſilen.& Decu.lib.12.& ſupra diximus ſecundũ diſtinctionẽ præ-
ceptoris noſtri,quã latè cõprobauimus in L.1.ſupra ſol.matr.Item etiã ſcien-
dum eſt,quod diſpoſitio d. L. Iubemus (dũ diſponitur, † quod fructus 225.
imputari nõ poſſint in quartã: quando ſumus inter liberos primi gradus)
procedit,ſi una tantum quarta detrahitur: ſecus uerò ſi duæ ſimul quartæ
detraherẽtur.Ita ſingulariter limitabat diſpoſitionem d.L.Iubemus.Caſtr.
in d.L.mulier,& ibi Alex.cõfirmat ſententiam Caſtr. & hoc idem dicit in
con.165.in fin.lib.4.Hoc idem uoluit Caſtr.in cõnſ.92. quia dubia. col.
fina. uerſ. Nec obſtat. † Tamen uerior eſt ſententia in contrarium 226.
& magis recepta eſt, uideturq; eſſe de mente Bart. in d. L. Iubemus: ſed
clarius in L.Quod de bonis,§.cũ auus,ad leg.Falc.& ita Salyc.expreſſè in d.
L.Iubemus,& alij uolunt,& hoc idem ſibi contrarius Alex.in d.§.cũ Auus:
ubi reſpondet adductis per Caſtr.C.ſecundũ hãc ſententiã Roman. conſu-
luit in conſ.206.licet de cõmuni.Idem uoluit Corne.in conſ.180. Multitu-
do,uerſ.circa decimã quæſtionẽ,lib. 2. & pro hac ſententia uidetur eſſe tex.
ubi caſus,in c. Raynuntius,in uerbo in eo uero,& glo.ibi in uer.conteſtato,
de teſtament.ubi eſt caſus ſicut in d.L. Iubemus,in princ.Pontifex enim ibi
permittit extrahi duas quartas,& dicit expreſſè fructus nõ eſſe cõputandos
in quartã niſi poſt litem conteſtatã.Et iſtũ tex. ad iſtud propoſitum uideo
adductũ per Claudiũ à Seuſello in d.§.cũ proponeret, & ita dicit Socc. Iu-
nior in d.conſ.132.Hoc idem uideẽ probare tex. licet nõ ita clarè, in c. Ray-
naldus,de teſtament.ubi teſtator grauauit filiũ reſtituere hæreditatem pa-
truis ſuis, ſi ſine liberis deceſſerit: & tamen tex. ibi uult quod duas quartas
detrahere poſſit,& ſuper illis quartis ualidũ ſit teſtamentũ: cũ textus ibi nõ
faciat mentionẽ,quod fructus debeant interim percepti cõputari in quartã.
Quod ſi uera fuiſſet ſentẽtia Caſtr.nõ ita Põtifex ibi abſolutè exemiſſet illas
duas quartas. Item etiã facit pro hac ſentẽtia, quia nulla ratio diuerſitatis da-
ri poteſt,quare magis diſpoſitio d.L.Iubemus,locũ habere debeat,quando
unica quarta detrahitur quam quãdo duæ. Ideo cũ diſpoſitio,d.L. Iubem'
fundata ſit in quadã æquitate,fauore liberorũ primi gradus: & eadẽ æqui-
tas ſit in utroq; caſu, merito eadẽ debet eſſe ratio æquitatis,L.fin.et ibi doct.
C.ad L.Falc.Itẽ Imperator in d.L.Iubemus,generaliter loquitur; ideo ge-
neraliter eſt eius diſpoſitio intelligenda.L.1.§.generalit infra de leg. præſt.
Et quod generaliter debeat intelligi, apparet ex eo, dũ Imperator ibi dicit,
omnib' modis retineat quarta. Ex prædictis cõſtat Imperatorẽ omninò
uoluiſſe ſeruare quartã abſq; diminutione,ſiue una, ſiue duæ quartæ detra-
herentur.In hac prima quæſtione plura diſcutienda eſſent, ſed quia Doct.
latiſſimè tradũt in d.L.Marcellus,remitto me ad dicta per eos ibi.

Circa quæſtionẽ Bart.de ſtatuto diſponẽti,quod teſtamentũ nõ ualeat ſine
inſinuatione: ex eius dictis duæ cõcluſiones colliguntur. Prima principalis,
& expreſſa eſt: ut huiuſmodi Iuri Municipali, ſic diſponenti partes uel

teſtator renunciare non poſsint: per L. Noſtrã, quæ omninò reſiſtit teſta-
tori diſponenti contra legis diſpoſitionem, neq; aufert teſtamenti ſolennia.
228. Iſta ſententia Bar. ab omnibus recipitur, & nõ habet contradictores. † Sed
tamen una cũ aliis ſimilibus iuribus limitatur, ſi iuramentum interuenerit.
Et ideo quotiescunq; lex, ſeu ſtatutum aliquod diſponit inſinuationẽ ne-
ceſſariam eſſe in aliquo actu, limitabitur: ſi acceſſerit Iuramentum. Ideoq;
Alex. hic, & alij inferunt ad quæſtionẽ notabilem, & diſputabilẽ ad termi-
229. nos L. Sancimus, C. de dona: † quod donatio facta ultra quingentos au-
reos abſq; inſinuatione nõ ualeat, niſi interuenerit Iuramentũ: talemq; do-
nationẽ firmari iuramento refert Ioan. And. in add. ad ſpecu. in tit. de Inſtr.
Edit. §. porro. Et quia iſta concluſio dubia eſt, & diſputabilis: propterea pro
230. eius intellectu, declaro † quid ſit inſinuatio. Inſinuatio aũt nihil aliud eſt,
quã deſcriptio alicuius actus in publico, coram Iudice: introducta ad tollen-
das clandeſtinas defraudationes. Ita Bar. declarat, poſt Azo. in L. Modeſti-
nus, in prin. de donat. & in L. Dona. C. eod. tit. & ita colligit̃ in textu L. Il-
lud, & ibi Bal. & Doct. latè, C. de ſacroſ. eccl. Iſtis præmiſsis redeo ad limita-
tionẽ à qua digreſſus ſum. Sententiã Ioan. And. adprobauit Imo: in c. cum
231. cõtingat, de Iureiu. Et fundamentũ Ioan. Andr. eſt: † quia Iuramentũ ſem-
per ſeruandũ eſt, niſi uergat in diſpendiũ ſalutis æternæ: uel in alterius de-
trimentũ. d. c. cum cõtingat, c. quamuis, de pact. in 6. c. licet mulieres, eod.
de Iureiu. in 6. Hanc etiã ſententiã tenuit Panor. in d. c. cum cõtingat, Alex.
hic ſequitur, & dicit ſecundũ ſententiam Ioan. Andr. pluries ſe conſuluiſſe,
prout infra dicã. Idem uoluit Aretin. in conſ. 2. & 13. cum pluribus aliis: ut
Calde. in conſ. 1. in tit. de donat. in uerſ. ſed omnibus his, & iſta eſt ſententia
cõmunis, prout præceptor meus adſerit, in conſ. 488. in cauſis & lite. nu. 6.
lib. 4. Hãc etiam ſententiã cõmunem tenet Socc. in conſ. 77. in præſenti cõ-
ſultatione, lib. 1. Corn. in conſ. 221. Quia in hac cauſa, lib. 1. Item eã magis
cõmunem eſſe adſerit Marian. Socc. Iunior, in conſ. 69. pro dilucitatione,
nu. 33. lib. 1. Alex. hic latiſsimè, & (ut dicit hic) pluries conſuluit, quemad-
modũ conſtat in conſ. 4. circa princ. lib. 1. & in conſ. 12. Viſo inſtrumento,
col. 2. eod. lib. 1. in conſ. 20. ponderatis his, col. 2. lib. 6. & in plurib⁹ aliis cõ-
ſiliis, quæ Dec. refert in d. conſ. 488. nu. 6. Hanc quoq; ſentẽtiã ſequitur Iaſ.
in conſ. 57. Viſis, & diligenti examine ponderatis, nu. 3. lib. 1. ubi dicit, hanc
eſſe cõmunem ſententiã & ueram: imo quod magis eſt, temerarium fore, ſi
quis ab hac ſentẽtia recedere uellet. Hoc idem adfirmat Ruin. in conſ. 132.
Nõ eſt dubiũ, in fin. lib. 2. Hoc idẽ dicit Corſe. in Rub. de Iureiu. extra, priui-
232. legio 26. † Contrariã ſententiam tenuit Bal. in L. Illud, in 5. quæſt. C. de
ſacroſ. eccl. Ange. in conſ. 170. uiſis, in fin. & in cõſ. 58. Rom. Caſtr. & plures
alij, Sicu. in cõſ. 16. col. x. li. 1. ubi dicit, hãc ſentẽtiã eſſe cõmunem et ueriorẽ.
An. de Cana. in tractatu inſinuationis, Quæſt. 63. Secundũ hanc ſententiã,
Crotus hic refert ſe uidiſſe conſiliũ clariſsimi Iurecon. in utraq; Iuris cenſura,
Card. Alexandrini, cuius conſ. ſubſcriptũ fuerit à plurib. doc. Et hãc ſenten-
tiã Crot. hic ſequit̃, dicẽs: q̃d ſi caſus ſibi cõtingeret, ita iudicaret, & cõſuleret.
233. † His tamẽ nõ obſtãtib⁹ à ſentẽtia cõmuni nullo modo arbitror recedẽdũ
eſſe ꝓpter firmiſsimã regulã illã, Iuramẽtũ ſemper & omnino ſeruãdũ eſſe:
niſi

niſi uergat in diſpendium ſalutis æternæ, uel alterius detrimentum. d. c. cum
contingat, de Iureiu. d. c. Quamuis, & d. c. licet. Et pro hac ſententia in forti-
oribus terminis facit dictum Bart. communiter receptum in L. Seius, infra
ad leg. Falc: † ut donatio inter uiuos inter uirum & uxorem, licet ſit contra 234.
mores: L. 1, de dona. int. Vir. & uxo. firmetur tamen Iuramento. Item quia
in caſu noſtro, iuramentum donantis oſtendit obnixè diſponentis uolun-
tatem. L. cum pater, §. filius matrem, infra tit. proximo: & propterea ceſſat
ratio legis, quæ annullat donationem propter omiſſam inſinuationem:
quia accedente Iuramento ceſſat cauſa finalis legis. Et ita tenendo, non ob-
ſtant quæ Doct. in contrarium adducunt, ut etiam ea, quæ nouiſſimi à
monte ferrato adſerunt. Et licet Imo: & Panor. in d. c. cum contingat, re-
ſpondeant obiectis Doct. tamen nos in ſpecie reſpondebimus. Non obſtat
primò, quod Bal. & ſequaces dicebant in d. L. illud, C. de ſacroſ. Eccl. quod
nullitas donationis abſq; inſinuatione proueniebat ex culpa Donatarij per
mittentis labi tempus, & non curantis de inſinuatione: & ſic ſuper Iure de
nouo Iuramentum eſt remiſſum, de quo nullo modo erat per Iurantem
cogitatum: ideoq; Iuramentum nõ operatur. c. pen. de Iureiu. † Faciunt ea 235.
quæ Doct. uolunt, præſertim Imo: Roman: & alij in L. Qui ſuperſtitis, infra
de acq. hæred. Et ibi alias latiſſimè diximus ſecundũ communem ſententiã
(licet ibi contrarium tenuerimus) ad renunciationem filiæ hæreditati pa-
ternæ uirtute Iuramenti munitam: d. c. Quamuis, non extendi ſi filia poſt-
modum fuiſſet inſtituta hæres à patre: quia Iuramentũ intelligeretur ab in
teſtato, & ſic de cauſa præſenti, non autem ad ius & cauſam teſtamenti no-
uiter ſuperueniens: quia per filiam de illo Iure non erat cogitatum. Ad hoc
reſpondetur, quod cũ donans fecerit donationem abſq; inſinuatione con-
tra formam d. L. ſancimus, & iurauerit, ceſſat ratio legis, propter quam facta
fuit inſinuatio: & quando iſte iurauit, conſiderauit omne ius, neq; dicitur
nouum Ius iſtud, propter negligentiã donatarij. Nam præſumitur donans
ſcire iura cum addit Iuramentũ, ut omni tempore eius diſpoſitio ſit firma. † 236.
Non obſtant etiã ea, quæ adducebat Card. Alex. Et primo, quod inſinuatio
à lege inducta fuerit fauore publico: ne quis propter nimiã, et effuſam libera-
litatem patrimoniũ dilapidaret. Ideo cũ talis diſpoſitio ſit contra fauorem
publicũ, merito Iuramentũ non ſuffragatẽ. c. ſi diligenti, & ibi Doct. de for.
compet. Sed reſpondetur negando hanc eſſe rationem finalem legis: nam
finalis ratio fuit ut tollerentur falſitates. Item poſito quod eſſet fauor publi-
cus, non tamẽ conſiderabatur fauor publicus principaliter ſed ſecundario:
quia lex concedit cuilibet in rebus proprijs liberam bonorum adminiſtra-
tionem. L. in re mandata, C. Mand. L. non uſq; adeo, ſi quis à par. Imo
lex concedit ut etiam poſſit quis re propria abuti. L. ſed ſi lege, §. conſuluit,
de pet. Hæred. Minus obſtat ſecundum argumentum Alexa. quod
d. L. ſancimus annullat omnino conſenſum donationis non acce-
dente inſinuatione, propterea cum deficiat conſenſus, Iuramentum
nihil operari. L. fin. cum ibi not. C. de non nume. pec. cum pluribus
alijs, quia reſpondetur: quod licet lex annullet conſenſum donationis
quo ad Iuris effectum, & ad actus ualiditatem, tamen uerè conſenſus

donantis interuenit. Et ideo licet diſpoſitio Iuris poſitiui annullet dictam donationem, tamen uirtus Iuramenti purgat omnem illum defectum Iuris, & reuiuiſcit conſenſus. Hoc autem eſſe uerum adparet: quia de Iure poſitiuo in totum non erat extinctus conſenſus, & (ut patet in d. L. ſancimus) quando fit donatio ultra ſummam à lege præfixam, uitiatur tantum illud quod eſt contra diſpoſitionem legis: in alia uerò ſumma remanet firma donatio: ſequitur, quod donatio uirtute Iuramenti in totum debet manere firma. Non obſtat ſecundum Croti fundamentum, dum dicit, donatio non inſinuata inducta eſt in odium donatarij, cum poſſit curare illam inſinuari, & non fecerit, modo ubicunque lex aliquid inducit in odium tertij Iuramentum nihil operatur. Maior ſecundum ipſum probatur: quia pactum per quod inſinuationi renunciatur eſt inualidum, d. L. ſancimus, in princ: ergo inducta eſt in odium illius. Minor probatur ex dictis Bart. in L. ſi quis pro eo, in 4. membro, de fideiuſ. Ad iſtud argumentum reſpondetur negando minorem. Nam Bart. loquitur, quando inductum eſt Iuramentum in odium tertij non diſponentis, prout in caſu noſtro. Verum eſt, quod Iuramentum noſtrum non debet operari aliquid in odium tertij: d. c. Quamuis, & d. c. cum contingat, cum ſemper iſte caſus à Iure Canonico excipiatur, ſecus uerò ratione diſponentis. Non obſtat quoque tertium argumentum, quod quando lex (prout in caſu iſto) prohibet donationem in eſſe deduci, niſi acceſſerit inſinuatio: d. L. illud, C. de ſacroſ. Eccl. quod tunc donans hoc modo facit contra diſpoſitionem legis, & ſic non paret ſuperioribus ſuis, quo caſu peccare dicitur, ut in c. ŋ. de maio: & obedien: præſtare enim debemus obedientiam maioribus noſtris. Si ergo peccat iſte nō ſeruans diſpoſitionem legis, tunc Iuramentum eius non debet operari, & qui non paret ſuperioribus ſuis morte moriatur dicit textus in c. qui uenerabilem, qui fil. ſint legit. Et ſic Iuramentum hoc caſu uergit in diſpendium ſalutis æternæ, ex quo inducit materiam peccati: quo caſu Iuramentum nihil operatur, d. c. Quamuis, d. c. cum contingat. Sed ad iſtud argumentum reſpondetur, quod licet donans faciat contra legem, non obſeruando eius præcepta: tamen magis concedendum eſt, ut Iuramentum ſeruet quod Deo præſtitum eſt, quam pareat ſuperioribus ſuis in rebus humanis. Videmus enim Iuramentum non ſolum in re illicita (ſecus eſt in caſu noſtro) de Iure poſitiuo, ſed & de Iure diuino ualere & tenere, d. c. debitores, de Iureiu. Item ſi uerum eſſet argumentum Croti, ſequeretur abſurdum: quod ſcilicet nullo modo, & nullo caſu Iuramentum firmaret contractum diſpoſitum contra legem poſitiuam: & tamen contrarium uidemus in pluribus caſibus Iure de Canonico. d. c.

237. Quamuis, & c. cum contingat, c. licet mulieres, cum ſimilibus. † Ex iſtis omnibus adparet ueriſſimam eſſe hanc ſententiam magis communem, ſecundū quam etiam uidi iudicatū in Rotæ auditorio Romano, dum Romæ eſſem: & tractabatur in ſpecie cauſa, in qua Præceptor meus

238. Decius conſuluit ſecundum ſententiam magis communem in conſ. 488. † Non omitto tamen circa iſtū articulum, quod reperio Curt. Sen iorem in conſ.

in conſ. 66. ſapienter optimus, & in conſ. ſequenti, conari ſupradictas ſententias Doct. ad concordiam, reducere, & ibi dicit ſententiam communem eſſe contra Ioan. Andr. Cũ autem plures eſſent qui uolebant communem ſententiã eſſe in contrariũ, diſtinguendo dicebat: quod aut donans in iuramento ſuo præſtito, ſpecialiter renunciabat iuribus diſpontentibus de inſinuatione: aut donans generaliter iurabat nulla facta mentione de inſinuatione. Primo caſu dicebat procedere poſſe ſententiam Ioan: Andr. & aliorum, ſecundo uero caſu dicebat procedere ſententiam Baldi, & aliorum in contrarium: & adducebat hoc dixiſſe in ſpecie Calde: in conſ. ij. in tit. de Iure.iu. † Licet prima fronte iſta diſtinctio uideatur ſatis probabilis, 239.
tamen non recedendum puto à ſententia Ioan. Andr. indiſtinctè, abſq; ulla limitatione. Et ratio eſt, † Nam quando adeſt iuramentum non eſt 240.
facienda differentia, ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter adpoſitum fuerit: ratio eſt, quia iuramentum habet uim ſpecialis expreſſionis, ut Bald. dicit in L. 1. col. pen. uerſ. ſecundo quæritur C. Commoda, Idem Bal. & Ang. in L. ſi quando, §. illud, C. de inoff. teſta. Dec. in conſ. 404. numero. 10. lib. 3. Et ideo cum interueniat iuramentum per donantem, perinde eſt ac ſi ſpecialiter renunciaſſet inſinuationi, & uoluerit auferre omne impedimentum, & obſtaculum. † Facit quoq; quia iuramentum continet in ſe clauſulam omni meliori modo, & uia, ut actus ualere poſſit, ut dixit Bar. in d. L. cum pater, §. filius, & Dec. in d. conſ. 404. Ideo adparet, ex quo donans adpoſuit iuramentum, quod uoluerit renunciare inſinuationi, & alijs defectibus: ut actus ipſius ualeat. Accedit quoq; quod donans hoc modo iurando, uidetur cogitaſſe de omni impedimento, & diſpoſitione legis contra ipſius factum, actum diſponenti. argumento, L. qui iure militari, ſupra de milit. teſta. † Accedit 241.
etiam, nam quando donans adponit iuramentum, ſtylus talis eſt, ut 242.
quando quis iurat ſuper aliquo contractu per ipſum diſpoſito, quod uideatur renunciare omnibus iuribus, & legibus in contrarium facientibus: ut adparet per textum in Aut. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus uend. & ibi per Caſtr. & Cuman. Quia per tale iuramentum cenſetur ſublatum remedium reſtitutionis in integrum. Faciunt quæ latè Doct. dicunt, & ibi dixi, in L. ſciendum, de uerb. oblig. † Quod quando 243.
mulier ſeu minor iurant ſuper aliquo contractu, uidentur renunciare omnibus ſenatus conſultis, & præſumitur quod certiorati fuerint de eorum remedijs à lege introductis. Limitatur prædicta concluſio, ſi teſtamentum uel donatio fuerit facta priuato abſq; inſinuatione: ſecus uerò ſi Eccleſiæ, uel loco pio, Bart. in d. L. illud, C. de ſacroſanctis Eccleſijs Roman. in d. L. Modeſtimus, de donat: Panor. in c. Relatum, de teſta. & plura hic adducit Crot. ad probandam hanc limitationem. Confirmatur ex dictis Decij in d. conſ. 488. Et ita fuit iudicatum, ut dixi. Iſta ſententia caret omni difficultate: & non eundo per mendicata ſuffragia, † caſus eſt in d. L. illud, C. de ſacroſ. Eccleſijs. Ad idem eſt 244.
textus in L. pen. C. de donat. in quibus iuribus adparet, donationes factas pijs cauſis, & Eccleſijs prærogatiuam habere, ut non ſubiectæ ſint

ſolennitati

ſolennitati inſinuationis. Licet autem illa Iura non loquantur in tali ſumma ſicut hodie d. L. ſancimus: ſatis tamen probatur ibi exemptas fuiſſe
245. Eccleſias ab iſta ſolennitate inſinuationis. † Non omitto etiam ſecundo loco: quod limitari poteſt communis ſententia, ſi donatio Iureiurando munita tenderet in alterius præiudicium, d. c. quamuis, & d. c. cum contingat: tunc iſto caſu Iuramentum non aperaretur. Quia (ut dictum eſt ſupra) in Iuramento excipitur iſte caſus ſemper, ut Iuramentum non tendat in proximi præiudiciū: ſed ſolū in præiudiciū diſponētis, Ita Socc. iuuior adſerit
246. in d. con. 69. nu. 42. † Tertio loco limitat diſpoſitio, d. L. ſancimus etiā extra Iuramentū, ut procedat in donatione mera & ſimplici: ſecus uero in donatiōe remuneratoria. Caſus eſt in L. Attilius Regulus, ſeu Aquilius, de donat. iuncta glo. ibi in uerbo non meram donationem, & ibi Bart. & doct. & alias ibi latiſſime diximus. Non omitto tamen q̄d textus in d. L. Aquilius ibi dum textus dicit præceptorem: legitur etiam ſecundum Accurſ. prætorem, & aliqui legunt rhetorem: ſed textus legendus eſt rhetorem ita, enim
247. legitur in pandectis Florentinis. † Quarto caſu etiam limitari poteſt. d. L. ſancimus, ut procedat in inferioribus & priuatis: ſecus uero in principibus, Iſta eſt caſus L. in fin. ubi Imperator excipit donationem factam à Cæſare. Et illud quod dicitur ibi in exceptione, debetis ſtricte intelligere in ſupremis principibus. Non ergo haberet locum illa exceptio in inferioribus Principibus: ut in Comitibus, ducibus, Marchionibus. Et ita in ſpecie uoluit Fulgos: in conſ. 20. pro pleniori ueritate, col. 3. uerſ. ſupereſt tertius. Hoc idē adſerit Soccin: iunior in d. conſ. 69. nu. 42. ubi refert Collegium Bononienſe conſuluiſſe ut textus in d. L. ſancimus in fine, duntaxat locum habeat in Cæſare, & Pontifice qui non recognoſcunt ſuperiorem: ſecus uero in inferioribus principibus. An uero iſtud dictum locum haberet apud Principes ueſtros inferiores, remitto me ad ea quæ alias dixi in L. Gallus, §. & quid ſi tantum, ſupra de libe. & poſth.
248. † Secunda concluſio ex dictis Bart. colligitur: quod partes & teſtator non poſſūt renunciare ſolennib⁹ à lege uel ſtatuto requiſitis. Et hæc cōcluſio eſt uera: quia ſolennia nō poſſunt remitti, ut p L. noſtram conſtat: & ſupra dixi
249. mus in notabilibus. † Aretin. hic ſolus contra hanc concluſionem opponit c. tuis, de teſtib. ubi partes poſſūt remittere Iuramentum teſti ne iuret: ſed nō ſoluit, tantum relinquit cogitandum. Iaſon hic ſoluendo iſtud contrarium, reſpondet, quod ſolennitas remitti poſſit à partibus, ut in d. c. tuis: quia principaliter reſpicit commodum partium, ſecus ſi concerneret publicā utilitatē principaliter, per dictum Bart. in L. 1. §. filius, infra tit. ij. Damnatur iſta ſolutio L. 1. per Crotum dicentem hanc ſolutionem eſſe contra glo. in L. à diuo pio, de Rit. Nupt. & contra glo. in c. diſpendia, in uerbo proceſſus, de
250. Rreſcript. in 6. † ut ſolennitates à Iure introductæ ſiue reſpiciunt publicam utilitatem, ſiue priuatam remitti non poſſint. Placet mihi ſolutio Iaſon: & neceſſarium eſt ſic reſpondere ad illum textum. Et pro eius ſententia eſt caſus legis, in L. filio præterito, ſupra de in ius Rup. irri teſta. † Neq; obſtat
251. reſponſio Croti tradita ad illum textum, quod ille textus procedat ex quadā æquitate: quia intereſt Reipub. teſtamenta ſortiri effectum. L. uel negare,

Quemad.

Quemad.teſtament, ape. Iſta ſoiutio nihil facit: oportet enim reſpicere ra-
tionem quare lex ex æquitate uoluit, ut in illo caſu teſtamentū ſeruaretur.
Ratio igit̃ æquitatis in qua fundata eſt diſpoſitio illius legis, emanauit pro-
pter cōſenſum unicū filij adprobantis teſtamentū paternū. Et talis ſolenni-
tas cū introducta ſit in eius fauorem: merito renunciare potuit. Ita quoq;
uidetur textus hoc conſiderare in d.c.tuis, dū ibi textus cōſiderat conſenſum
partiū. Probat etiā hanc ſolutionem textus in L.ij. C.ut in poſſeſſ. legato, à
ſimili: quod ſcilicet teſtator poſsit remittere diſpoſitiones introductas in
in eius fauorem.

† Tertio loco Bart. hic quærit: an teſtator poſsit remittere tacitam 252.
Hypothecam, & iubere ut bona legata non ſint tacitè hypothecata lega-
tario: prout iure ſunt, L. 1. C.com. de legat. Concludit autem poſſe teſta-
torem remittere tacitam hypotheticam. Cum eius ſententia omnes hic per-
transeūt. Idem uoluit glo. in L.ij. in uerbo remitti, C. ut in poſſeſſ. legat. ubi
in ſpecie hanc quæſtionē decidit: † & per illā glo. Bald. ibi uult, quod etiam 253.
teſtator poſsit diſponere in teſtamento, ut legatū non tranſeat ipſo iure in
legatariū: prout lex diſponit in L. à Titio, in fin. de furt. † Plures caſus po- 254.
nit hic Iaſ. in quibus teſtator habeat pleniſsimā poteſtatē diſponendi, uide-
licet, quod legatū tranſmiſsibile nō ſit tranſmiſsibile: & è contra, prout di-
cebat Bald. in L. Si pater, quæſt. 4. C. de Inſt. & Subſt. Et ratio eſt iſtorum
ſupradictorū caſuū: quod teſtator habeat plenū arbitrium diſponendi cō-
tra leges. In prædictis enim & alijs caſib⁹, lex induxit diſpoſitionē ſuā in fa-
uorē teſtatoris, pro uoluntate teſtatoris implenda: merito ſi teſtator recu-
ſet, lex nō ſuffragatur, ſi conſtat de contraria teſtatoris uoluntate. Hoc eſt
quod dicit Imperator in d. L. ij. C. ut in poſſeſſ. legat. & ob rationem illius
textus Accurſius ibi decidebat ſupradictam quæſtionem.

† In quarta quęſtiōe colligit, teſtatorē poſſe cōcedere autoritatē legatario 255.
uel fideicōmiſſario, ut ꝓpria autoritate poſsit ingredi poſſeſsionē rei legatę:
q̃d' eſt cōtra diſpoſitionē L. Nō ē dubiū, C. eo. tit. de legat. Plura hic Doct.
(præſertim recentiores) tradunt, uidelicet, quod etiā per alia uerba conceſ-
ſa uideatur licentia ingrediendi: ad quorū dicta hic me remitto. † Vnum 256.
tamen dicam: iſtam conclusionē Bart. & omnium Doct. hic, prima fronte
non carere difficultate, quodq; uideretur contrariū dicendum: quia iſta cō-
ceſsio per teſtatorē facta, uidetur præſtare materiam tumultuum & rixarū:
prout uidemus ſepè rixas & tumultus exoriri in capiendis poſſeſsionibus:
ut non mirum uideatur legē uoluiſſe ut manu hæredis legatarius deberet
conſequi poſſeſsionem, d. L. Non eſt dubium. Apparet ergo quod iſta diſ-
poſitio nō debet ualere: ex quo præſtaret materiam tumultuum & rixarū,
argumento L. Non eſt ſingulis, de reg. lu. cum ſimilibus. Nam etſi iſta di-
ſpoſitio teſtatoris, per conſequens præſtaret materiā delinquendi, non de-
beret ualere, L. conuenire, cum conſimilib⁹ de pact. dota. † Reſponderi 257.
tamen poteſt defendendo Bart. & Doct. hic, quod cum interueniat teſta-
toris uoluntas, & eius uoluntate omnia fiant, uideatur ceſſare omnis occa-
ſio rixarum. Et ita uidetur hoc ſentire Bart. in L. Creditoris, in eius amplā
diſtinctione, C. de pigno.

In quinta queſt. quæ notabilis, & quotidiana eſt ex Bar. dictis tres cõclu-
258. ſiones colligi poſſunt. † Prima, q̃d contract' ſimulat' eſt nullius momẽti:
L. ſimulatæ, de rit. Nup. L. Emptor, de aq. plu. arc. eo quia deficit cõſenſus:
qui eſt ſubſtãtia cõtractus, L. Imaginaria, de Reg. Iu. A cõtrario ſenſu cõfir-
259. matur iſta cõcluſio ex dictis Baldi in L. ab Anaſtaſio, queſt. 4. C. Manda. †
ubi dicit, quod ſimulata donatio eſt depicta & colorata donatio, quæ ha-
bet aliquid extrinſecus, & nihil intrinſecus. Idẽ quoq; Bald. dicebat in L. Et
260. qui, C. de diſtra. pigno. † Quod ſimulatio nihil aliud eſt, quã quædã ima-
go, ut dicit tex. in d. L. Imaginaria, Bald. etiã in L. 1. C. plus ual. quod agi-
quã quod, aſſerit quod ſimulatus contractus eſt ueluti cadauer abſq; ſpiri-
tu, ſicut lex abſq; ratione eſt uti cadauer: ut dicebat idem Bald. in L. nõ du-
261. bium, C. de legib. † Ex prædictis infertur. Quod ſi deficit conſenſus, ex
illo contractu ſimulato nulla naſcitur obligatio. L. 1. §. ſi quis ita, cum ibi
nota. per Doct. de uerb. oblig.

262. † Secunda concluſio eſt principalis: partes opponere poſſe exceptionem
ſimulationis contractus, etiamſi renunciaſſent exceptioni ſimulationis nõ
opponendæ, Ita Bart. hic expreſſe cõcludit, & in L. poſt contractum, col. 2.
de donat. in L. filio. C. de reuoc. his quæ in frau. cred. Butr. Ancha. Card.
Imo: & ferè omnes dd. hanc ſententiam Bart. tenent in c. cũ contingat,
263. de Iureiu. & latè hic per Alexand. Iaſ. & alios. † Et iſta concluſio firmatur
hic per Bart. triplici fundamento & ratione. Primo, quia deficit ſubſtantia
contractus, d. L. Imaginaria. Secundo, introducitur repugnantia. Tertio,
quia contractus principalis eſt ſimulatus, omnia acceſſoria dicuntur ſimu-
lata. Et ut dixi, hanc ſententiã Doct. hic indifferenter ſequuntur. Solus Iaſ.
hic ſubtiliter redarguit hanc ſententiam Bart. negando repugnantiam. Nã
264. dicebat ipſe † poſſe ſimul eſſe uera, ut actus ſit nullus, & tamen poſſit op-
poni exceptio nullitatis, L. Poſt mortem, in princ. de Adopt. Et ad hoc ad-
ducebat notabile dictum Ange. in conſ. 187. A. & B. contraxerunt. Con-
firmat hoc quoq; Iaſ. per ea quæ tradit Alex. conſ. 32. lib. 2. Oportunè, ubi
265. uoluit, † ut ſi prælatus eccleſiæ fecerit cõpromiſſum ſuper rebus eccleſia-
ſticis in cõſulto ſuperiore, non erit ualidũ compromiſſum, c. ueniens, c. de-
creto, de tranſact. Et ratio eſt: ex quo prælati aliena re bona eccleſiaſtica non
poſſunt, ut per totum tit. de reb. eccl. nõ alien: non poterit prælatus etiã fa-
cere compromiſſum: quia per compromiſſum deuenitur ad alienationem,
quo caſu qui prohibitus eſt alienare, cẽſetur prohibitus facere omnes actus
per quos deuenitur ad alienationẽ. L. fina. C. de reb. alien. non alien. Et tunc
dicebat Alex. in dicto loco, ſi prælatus renunciaſſet exceptionibus nullita-
tis, quod non poſſet ullo modo opponere, & adducebat dictũ Ange. in d.
266. conſ. 187. Iaſon hic conabatur reſpondere, ut hic per ipſum. † Potes tu ali-
ter reſpondere, & negare eius fundamentũ: nam tex. in d. L. Poſt mortem
in quo fundat ſe Iaſon, non probat eius intentionẽ. Ideo ibi illud quod nul-
lum erat adprobatur, neq; competit exceptio nullitatis: quia ſumus in caſu
L. Barbarius, de off. præto. cum in d. L. poſt mortem, filia emancipata à
patre ſemper habita fuit ſui Iuris, Ideoq; tex. ibi uult ut teſtamentum per ip-
ſam factum ualeat, ex quo pater ſemper permiſit illam habere & teneri ſui
Iuris:

Iuris: & iſta cauſa (prout Bar. ipſemet in ſummario dicit) ex diuturnitate
temporis & tacita probatione parentis roborata eſt, ut contra eam uenire
non poſsit. Minus credo uerum eſſe dictum Alex. in dicto loco: † nam ſi 267.
prælatus poſſet renunciare nullitatibus, ſequeretur, quod in eius poteſtate
eſſet facere compromiſſum, & renunciare nullitatibus, & hoc modo alie-
nare bona eccleſiaſtica in fraudem legis, quod nullo modo eſt dicendum.
L. Iulianus, §. mutui, ad Senatuſcon. Maced. c. ſi ciuitas, de ſenten. Excom.
in 6. cũ ſimi. † Iuxta hæc quæri poteſt, an per Ius Municipale ſtatui poſ- 268.
ſit, ut nulla poſſet competere exceptio ſimulationis. Et in caſu iſto (prout
Doct. hic dicunt) huiuſmodi Ius Municipale ita ſtatuens non ualebit, quia
eſſet iniquũ & durum. Ita dicebat Bal. in L. fin. §. in Computatione col. ult.
C. de Iu. de lib. & ſequitur Iaſ. Ratio eſt, ut ſupra diximus, quia iſto caſu cũ
deficiat conſenſus naturalis, qui eſt ſubſtantia contractus, † ſtatutum non 269.
poteſt aliquid diſponere in caſu quo deficiebat conſenſus. Bald. in conſ. 116.
lib. 4. præmittendum eſt quod promiſsiones, col. 2. & ſubdebat Bald.
per eccleſiam, uel Pontificem huiuſmodi ſtatutum corrigi poſſe uti ini-
quum. Iſtam ſententiam confirmat optimus textus in L. fina. C. de teſta-
ment. mili. ubi Imperator corrigit ius antiquũ, diſponens ut impubes miles
Tribunus teſtari poſsit, & mouetur hac ratione: quia lex antiqua erat cõtra
Ius naturale, cum enim impuberi deficiebat conſenſus merito non poteſt
teſtari. Ita textus inquit & ſic probatur, quod ubi deficit conſenſus natura-
lis, lex ualere non poteſt. Præterea hoc modo ampliatur concluſio Bar.
hic, † ut ſicut partes opponere poſſunt de contractu ſimulato, non ob- 270.
ſtante renunciatione facta, eodem modo ſi per ſtatutum tolleretur excep-
tio ſimulationis. Hoc modo confirmatur ſenẽtia Bartoli hic: quia ſi non
ualet diſpoſitio ſtatuti inferentis exceptionem, multo minus debet ualere
renunciatio per partes facta, argumento, L. non eſt ſingulis, de reg. Iu. Ti-
cinenſes hic redarguunt Iaſon. in quantum adducebat prædictam deciſio-
nem ſtatuti, ad corroborandum ſententiam Bart. à fortiori: nam ipſi ne-
gabant argumentum non eſſe ualidum de ſtatuto ad partes, quo ad præ-
iudicium paciſcentium, & dabant ſequentes inſtantias. Primo, per Ius
Municipale etiam Iuratum tolli non poteſt appellatio. c. uenientes de
Iureiur. Ratio eſt, quia appellatio eſt defenſio quædam, ut Doct. latè di-
cunt, in Rub. extra de appell. Defenſio uerò tolli non poteſt: clemen. 1.
uerſ. cæterum, de re Iud. tamen partes renunciare poſſunt appellationi. L.
fin. C. de temp. Appell. † Secundo per Ius Municipale non poteſt indu- 271.
ci, ut uni duntaxat credatur: ut Panor. & alij in c. ij. de prob. & tamen con-
uentio ualet ut unius dicto ſtandum ſit, ut Spec. in tit. de teſte. §. reſtat. Iaſ.
in L. 1. §. fin. col. 5. de uerb. obl. Tamen negare non poſſumus, quod ar-
gumentũ in ſe non ſit bonum, cum diſpoſitio legis fortior ſit diſpoſitione
hominis, & de hoc non eſt dubitandum.

Tertia concluſio ex dictis Bart. colligitur, ut † renunciatio exceptionis 272.
in contractu ſimulato ita de iure ualeat, ſi in continenti fuerit adpoſita: ſe-
cus ſi ex interuallo, argumento L. ij. C de eo, quod met. cau. Bonus eſt tex.
in L. 4. §. ſi ab ignoto, de manumiſſ. ubi textus dicit, ab initio agi debere ad

hoc ut ſit imaginaria uenditio, & ſic probatur, ſimulationem ab initio in-
duci, non autē ex interuallo temporis, Bald. in L. 1. in fin. C. Si ſer. exte.
273. & cum hac concluſione Bart. Doct. omnes pertranſeunt. † Pro con-
firmanda hac concluſione facit quod ſolet dici, ea quæ ex interuallo fiunt,
uidentur eſſe facta & prouenire ex deliberata uoluntate & conſenſu, & ex-
preſſam uoluntatem ſignificant. Optimus eſt textus in L. Si mulier, C. ad
Velleian. Facit etiā pro hac ſententia id quod Bart. hic ſentit, ea quæ fiunt in
continenti, dicuntur acceſſoria à ſuo principali, & ſi contractus principalis
eſt ſimulatus, præſumuntur acceſſoria omnia ſimulata: quod ſecus eſt, ſi
ex interuallo accedant, quia uidentur partes renouare contractum.
274. † Iuxta hæc quæritur, an ſi in contractu ſimulato addatur iuramentum,
cōpetat exceptio ſimulationis? Doct. cōmuniter diſtinguunt duos caſus:
aut ſimpliciter adponitur iuramentū, & generaliter, aut iuramentū adpo-
nitur ſpecialiter: quia partes dixerint, iuram⁹ omnia et ſingula cōtenta in In-
ſtrumento eſſe uera. Primo caſu Doct. cōmuniter uolūt Iuramentū nō fir-
mare contractū ſimulatū, & opponere poſſe partes de ſimulatione. Ita Ac-
curſ. uoluit in L. Emptione, C. plus uale. quod agitur, & eius dictū cōmuni-
ter recipiū, ut per Imo: hic. Alex. & alios, et eſt de mēte Bar. in L. Si quis pro
eo, in §. quæſt. de fideiuſſ. Idem tenuit Panor. in c. ad noſtram, de Empt. &
Ven. col. 1. Hoc idē uoluit Alex. in L. Si donatione, col. ij. C. de Colla. Iaſ.
in L. Cū in ea, C de tranſact & in §. Itē ſi quis in fraudē, Inſt. de act. Corn. in
conſ. 135. Viſis articulis, col. 3. lib. 1. Socc. in cōſ. 65. Circa primū, col. 6. lib. 1.
Ang. Aret. in Inſt. de except. in princ. col. 39. Bartholo. Veronenſ. in tra-
ctatu de cōtractu ſimulato. Plura addi poſſent pro hac ſententia quæ in hoc
caſu non habet difficultatē: ideoq; ea breuitatis cauſa omitto. Secūdo uerò
caſu, quando partes ſpecialiter adponunt Iuramentū ſub prædicta forma,
nō ad firmandū contractū, ſed ad probandā ueritatē contractus (eo quia
dixerunt omnia & ſingula cōtenta in Inſtrumento eſſe uera) communiter
etiā Doct. uolunt, nō poſſe partes opponere de ſimulatione contractus. Ita
Imo. hic, & in d. c. ad noſtrā. Hoc idem Alex. hic, & in d. L. Seius & Auge-
rius, infra ad leg. Falcid. & in plurib⁹ cōſilijs, uidelicet, in conſ. 36. lib 2. Vi-
ſo Themate, col. 2. & in conſ. 122. lib. 2. Viſo Inſtrumento. Et hanc ſenten-
tiā tenet hic Iaſ. in prima lectura col. 7. & dicit ſe habuiſſe in facto, quod ad-
paret in conſ. 122. in cauſa Magnifici D. Petri de Medicib⁹, lib. 3. Hāc ſentē-
tiā cōmunē eſſe adſerit Soccin. in cōſ. 82. ſuper quæſtionib⁹, in 1. & 2. quæſt.
lib. 3. à qua dicit nō eſſe recedendū cōſulendo & iudicando. Et hāc etiā ſen-
tentiā tenuit Anto. Burgos Hiſp. in d. c. ad noſtrā, de Empt. & Vend. Hoc
idē Baue: in tractatu de uirtute Iuramenti in 64. ſpeciali. Et potiſsimū iſtius
cōmunis ſentētiæ fundamentū eſt: quia ſi pars poſſet opponere exceptionē
cōtractus ſimulati, tūc detegeret turpitudinē ſuā: quia adpareret periurus, cū
dixerit omnia & ſingula eſſe uera & iureiūrando adfirmauit, propterea de-
negāda eſt huiuſmodi exceptio. L. Iuramentū q̄d ex cōuentione, §. fin. iun-
cta glo. in uerbo, docere. circa fin. de Iureiu. in L. Si creditoribus C. de ſer.
pigno. da. manumiſſ. glo. magiſtralis in c. inter dilectos, de donat. Quidam
diſtinguebāt, q̄d aut adparet partes adpoſuiſſe Iuramentū ad confirmandū
cōtractū: aut ad tollēdū ſimulationē. Primo caſu procedat cōmunis ſentētia,

īmo omniū Doct. Secundo uero caſu contraria. Ita Socc. diſtinguebat in conſ. 48. Viſo inſtrumento, in fin. lib. 3. & hanc diſtinctionem ſequuntur recentiores Hiſpani in §. Item ſi quis in fraudem, col. 1. & ij. Inſt. de Act. † Ego autem ſuper iſto quotidiano articulo abſolutè & indiſtinctè 275
dicerem: Iuramentum quocunq; modo adpoſitum ſit, dummodo conſtet de contractu ſimulato, partes ſemper poſſe opponere exceptionem contractus ſimulati, & ad hanc ſententiam inprimis moueor autoritate d. glo. in d. L. emptione, quæ indiſtinctè & abſolutè uult, Iuramentum adpoſitum ſuper contractu ſimulato, non firmare aliquo modo contractum. Ratio eſt ut ibi etiam Bal. dicit: quia Iuramentum regulatur ſecundum naturā contractus ſuper quo interponitur, ut ſi conſenſus deficiat nullas uires habeat. L. fin. cum ibi nota. C. de non num. pec. c. peruenit, &c. Quemadmodum, de Iurciu. ſed in caſu noſtro nullus eſt conſenſus ſecundum ſcripturam inſtrumenti: ideo (ut Bart. & Doct. hic dicunt) cum ſit contractus abſq; ſpiritu & ſubſtantia, † Iuramentum non poteſt aliquem 276
effectum producere: ex quo poſitum eſt ſuper eo quod non eſt in rerum natura. Certe Iuramentum operatur quando conſenſus eſt inualidus reſpectu iuris, ſed ualidus quo ad partes: quia partes conſentiunt. Tex. eſt in d. c. quamuis, & in c. cum contingat, cum ſimilibus. Accedit ad hoc, quia ſimulatio partium reddit contractum nullū ipſo Iure. L. nuda, de contrah. empt. Secundo moueor, quia in caſu præſenti conſideratur repugnantia & contradictio, ut contractus ſit ſimulatus in ſe ſecundū intentionem partiū, & dicatur uerus propter Iuramentum extrinſecus adpoſitum: quæ omnia cum contineant repugnantiam & contradictionem, † ſimul eſſe non poſ- 277
ſunt. L. ubi repugnantia, de reg. Iu. L. 1. & ibi Bal. C. de furt. Et propter Iuramentū non ceſſat contradictio quando in ſubſtantia eſt repugnantia. Tertio moueor per L. ij. cum ibi not. C. plus ual. quod agi & per totum illū tit. ubi ſimulatio partium ueritatis ſubſtantiam non immutat. Sequitur q̄d Iuramentū hic adpoſitum non poteſt, neq; debet immutare ueritatem, & Iuramentū ut ualidū ſit debet continere Iuſtitiam, ueritatem, & æquitatem, c. et ſi Chriſtus cum ſimilib. de Iureiu. Quarto facit nam ſi non ualet ſtatutum tollens exceptionem ſimulationis: eò quia ſit iniquum, ex quo deficit conſenſus naturalis, ut ſupra diximus per dictum Bal. in d. L. fin. §. in computatione, & per eundem Bald. in d. conſ. 116: eodem modo dicendum eſt Iuramentum ſuper defectu naturali, nihil addere. Quinto facit, quod licet partes dixerint omnia & ſingula contenta in ſe uera eſſe, & ita iurauerint, non tamen ſequitur quod recedere uideantur ab earum intentione. Nam eorum intentio erat contractū ſimulatum facere, ut euitare poſſent ſacros Canones & Ius diuinum, uidelicet, uſurariam prauitatem, ut glo. idem ſentiebat in d. L. emptione. Propterea Iuramentum hoc caſu, nullum debet patere robur, neq; effectum aliquem, alias præſtaret materiam peccandi, & perpetrandi uſurariam prauitatem & dolos, & ſic ſuccedit regula, Iuramentum non ualere quando uergit in diſpendium ſalutis æternæ. d. c. Quamuis, & c. cum contingat, & in pluribus alijs iuribus. Et iſtud plurimum urget pro hac ſententia,

neq; poteſt dari reſponſum. Sexto facit, cum in ueritate ſecundum partium intentionem, contractus de quo agitur ſit ſimulatus & fictus, ut diximus, in fraudem legis poſitiuæ & diuinæ, ſequitur, quod nullo modo Iuramentum debet firmare actum nullum ipſo Iure, & factum in fraudem legis, ut dicit Bart. in L. cum quis decedens, §. Titia, infra tit. ij. & L. non dubium in fin. & ibi Bald. C. de legib. Cyn. in L. i. in fin. C. de ſacroſ. Eccl. & hoc etiam ſentit Accurſ. in d. glo. in L. Emptione, in fin. Vltimo facit, quia ſi Iuramentum deberet ualere, neq; poſſent partes opponere de ſimulatione contractus, facilè partes reperirentur deceptæ, contra earum intentionem, quod forſan uoluiſſent contractum pignoris facere, & in ſcriptura facta eſt mentio de uenditione: ſi ergo Iuramentum obligaret partes ne poſſent opponere exceptionem, hoc eſſet contra intentionem partium, & contineret maximam iniquitatem, dareturq; materia decipiendi. Propterea Iuramentum nullo modo poteſt remouere exceptiones illas: quia Iuramentum non poteſt continere iniquitatem. c. Quintauallis, de Iureiu. † Et ita tenendo quod uidetur in puncto Iuris uerius & æquius, non obſtat potiſſimum fundamentum Doct. qui ſupradictam ſententiam tenent, quod propter Iuramentum adpoſitum à partibus, dicentibus omnia & ſingula eſſe uera Iureiurando, non debeat competere huiuſmodi exceptio: nam ſi partes contrarium dicerent, detegerent ſuam turpitudinem: quia efficeretur periurus ille qui exceptionem ſimulationis opponere uellet, cum ante dixerit omnia eſſe uera: & ideo uti periuro & detegenti ſuam turpitudinem, non eſt ei præſtanda authoritas, ut ſupra diximus. † Ad iſtud reſpondetur quod cum in caſu iſto, detur materia peccati ſuper iſtis contractibus ſimulatis, qui ſolum introducti fuerunt (ut diximus) ad probandam ſimulationem & fictionem quandam, ſequitur ut quis poſſit abſq; ulla pœna opponere exceptionem ſimulationis: ut materia peccati tollatur, & ne cogatur iſte perſeuerare in iſto errore & periurio, cum iam partes fuerint periuræ coram Deo: iurarunt enim eſſe uera quæ non erant. Ideo ſequitur quod iſte qui opponet iſtam exceptionem debeat audiri, ut liberet ſe à periurio iam commiſſo nec non ſocium criminis: nam partes quando iurarunt, Deo obligatæ fuerunt: c. debitores, de iureiu. & intereſt partium animam propriam expurgare, quæ cunctis rebus eſt præferenda. L. ſancimus, cum ſimilibus C. de ſacroſ. Eccl. ad hoc facit optimè glo. in c. ex tenore, ubi Panor. & alij, de teſtibus in c. lator, & c. Conſanguinei, de re Iudicata, cum pluribus alijs hic traditis per Ticinenſes, qui hanc ſententiam ſequuntur, & adducunt ad hoc Bal. in L. ij. de Iureiurando: & dicunt idem ſentire Felyn. in c. debitores, col. pen. de Iureiurando: & ita antequam eos uiderem reſpondebam ad obiecta Doct. hic licet, clarius quam ipſi dicant. Et iſta ſententia eſt ueriſſima, & in puncto Iuris ut dixi habet rationem & æquitatem. Neq; uideo differentiam aliquam, † nam quocunq; caſu incidunt in periurium. Conſulerem tamen ut ſæpiſſime diximus, quod prius peterent abſolutionem à Iuramento, per d. c. debitores, facit textus in d. c. Quemadmodum.

278. 279. 280.

† Non

† Non omitto etiam quod Crot. hic (qui licet hanc ſententiam tenet, nihil tamen adducit) reſpondebat ad oppſitionem Doct. alio modo, quod cum in caſu iſto contractus ſimulati non transfertur dominium in accipientem (prout dicit Bart. in L. poſt legatum, col. 2. de donat.) pars quæ uoluerit opponere, poterit agere rei uendicatione ad rem ſuam, & ſi opponatur de contractu, tunc replicare poterit de contractu ſimulato, & ſic per modum replicationis: quo caſu poteſt quis opponere licet detegat ſuam turpitudinem: quia iſto caſu permiſſum eſt à lege. Bart. in L. Iusiurandum, §. fin. de Iureiu. Mihi magis placet ſupradicta ſolutio quæ magis rei conuenit, & non credo doctrinam Bart. procedere. † Retenta tamen communi ſententia, poſſunt adponi nonnulli caſus in quibus competere poſſet exceptio ſimulationis non, obſtante Iuramento. Primus caſus eſt reſpectu Iuratium, ſecus reſpectu tertij. Nam tertius ſemper poſſet opponere de ſimulatione. Ita Saly. in d. L. 3. C. plus ual. quod ag. & Arct. in conſ. 96. in præſenti conſultatione, in 3. dubio, Iaſ. hic & ſequuntur Ticinenſes. Ratio manifeſta eſt: quia Iuramentum non debet fieri in præiudicium tertij. d. c. Quamuis, & c. cum contingat, cum alijs. Secundus caſus eſt niſi turpitudo eſſet ſemel detecta, ut Bart. & alij dicunt in d. L. Iuſiurandum, §. fin. Tertius caſus, ut procedat communis ſententia in ipſo Iurante, ſecus uerò in hærede & ſucceſſoribus iurantis: quia poſſent hæredes opponere, cum effectus periurij non tranſeat in hæredem. c. ueritatis, de Iureiu. Aretin. in d. conſ. 96. & Salyc. in d. L. 3. Iuxta hoc, pro prædicta declaratione & intellectu ſcire debetis, quod in caſibus in quibus debetur exceptio contractus ſimulati, neceſſe eſt adducentem ſimulationem probare contractum ſimulatum. glo. in L. illicitas, §. ueritas, de off. præſid. Bart. in L. pacta nouiſſima col. ij. C. de pact. Idem Bart. in conſ. 65. Bald. in L. ab Anaſtaſio in fin. C. Mand. Caſtr. in L. Iuriſgentium §. dolo malo, de pact. & plura congerit in d. L. imaginaria in fin. ubi dicit, quod qui adducit ſimulationem debet ſpeciem probare ſimulationis. † Item ſcias contractum ſimulatum præſumi ex conjecturis & præſumptionibus. c. ei qui: circa fin. de præſumptioni: Caſtr. in conſ. 107. uiſis dubitationibus, lib. ij. Socc. in d. conſ. 82. † Et deueniendo ad aliquas in ſpecie probationes. † Prima eſſe poteſt, ſi uenditio facta ſit cum pacto de retrouendendo accedente modico precio: tunc enim præſumeretur contractus ſimulatus, ut not. gl. fin. in c. conqueſtus, de uſur. Ita Alber in d. L. emptione, dicit ſe in facto habuiſſe, & ita obtinuiſſe. Glo. ſententia in d: c. conqueſtus communiter recipitur, & hanc conjecturam adprobat Dec. in conſ. 692. Viſo conſilio præſtantiſſimi Iurecconſulti, nu. ij. lib. 5. & ibi Dec. dicit hanc ſententiam eſſe magis communem, & ſecundũ ſententiam glo. uidi pluries iudicatum fuiſſe in Iudicio Romano, licet nonnulli ſint qui contrariũ dicant non ſolum duo ſufficere, ſed etiam requiratur tertium, ut ille qui contraxerit ſolitus ſit foenerari, ut uidetur textus ſentire in c. illo uos, de pigno. Tamen magis

communis

281 282 283 284 285

286. communis ſententia eſt in contrarium, Remitto me ad Canoniſtas in d.
c. ad noſtram, de empt.& uendit.& in d.c. illo uos. † Secunda eſt coniec-
tura, ſi uendens in poſſeſſione maneret, L. ſicut §. ſuperuacuum. Quib.
mod.pig.uel hypoth.ſol.ubi Bart.& idem Bart. in d. L. poſt contractum,
col.ij. uerſ. terrio præſumit. Vltra prædictas duas coniecturas poſſent aliæ
287. plures conſiderari. † Tertia eſſet, ſi in Inſtrumento aliquo fieret mentio
de numeratione pecuniæ,& in ueritate non interuenit pecunia, per ea quæ
288. not.Bart.in L.cum centum,infra de adim.lega. † Quarta poſſet adſignari,
quando uendens bona immobilia,licet maneret in poſſeſſione, tamen ſi in
re uendita faceret impenſas ædeficando,colendo,& ſimilia agendo,præſumi
debet ille contractus ſimulatus:quia non eſt ueriſimile,aliquem in re aliena
uelle ædificare,& ſic ſuum iactare,quod nunquam lex præſumit.L. cum de
indebito,de proba.Imo lex præſumit homines ſemper anhelare ad lucrū:
L. ſi defunctus C. arbitr. tute. L. cura, §. deficientium, cum ibi not.de
Munc.& Hon.niſi forſan poſſet colligi coniectura ratione ſanguinis, ar-
289. gumento L.Neſennius,de nego.geſt. † Quinta coniectura eſt,ſi uenditor
poſt celebratum contractum,pluribus & diuerſis uicibus dixiſſet,præſente
emptore,dicta bona non eſſe liberè uendita,ſed pignori tradita,& non con-
tra dixiſſet emptor: tūc enim præſumptio eſſet contractus ſimulati.Ad hoc
facit quod Socc.uoluit in conſ.129.tota difficultas,col. pen. lib. 10.& idem
ſentit Dec. in conſ. 543, nu.18. lib. 4. quod contractus debeat præſumi ſi-
mulatus ſi emptor in contractu emptionis non ſit nominatus,ſed tamē
numeratuit precium,& ſibi fuiſſet tradita poſſeſſio naturalis & Ciuilis:unde
ille uerus emptor iudicari debet qui numerauit precium & obtinuit poſſeſ-
290. ſionem rei uenditæ, & ſic erit † ſexta coniectura. Poteſt tamen dari
generalis coniectura ad præſumendos contractus ſimulatos ſi aliquo
modo ex uerbis contractus relatis præſumi poſſit. Ita dicebat Bart. in d.
L. pacta nouiſſima, col.ij.C. de pact:ubi Bart.arguit contractum ſimula-
tum ex uerbis prolatis. Idem Bart. in L.Item quia,de pact.& ibi Caſtr.doc-
trinam Bart.reducit ad praxim. Hoc idem dicit Ange. in conſ. 273. Qui
dictum priuilegium. Plura congerit Dec.in d.conſ. 543.& ideo Dec.in L.
pacta nu. 10. dicebat, quod ſi ab initio dictum eſſet inter partes,ut eſſet pi-
gnus,& in continenti celebratus eſſet contractus uenditionis, præſumere-
tur contractus ſimulatus. † Et pro hac communi doctrina facit,quia ea
291. quæ dicuntur in præfatione contractus, cenſentur repetita in contractu.L.
Titia, §.idem reſpondet,de uerb.oblig. faciunt nota. per glo. & Doct.in L.
Triticum,de uerb.oblig.
292. † Vltimo loco ultra ſpeciales coniecturas adpoſitas, ad præſumendum
contractum ſimulatum, ſciendum eſt, generaliter poſſe præſumi Inſtru-
mentum, ſeu contractum fore ſimulatum, ſi in Inſtrumento, priuilegio,
gratia,& actu aliquo aliqua ſint adpoſita, quæ ſint contra naturam con-
tractus uel actus: quia tunc arguunt fraudem & ſimulatum contractum.
Ita eſt glo.ſingularis ab omnibus recepta in L. ſi quis ſub conditione, in gl.
prima, de condit.Inſtitu. Et illam glo.plurimum comendat Bal. in c. tertio
293. loco,extra de probat, † ubi inquit: quod ex renunciationibus inſolitis præ-
ſumitur

præſumitur Inſtrumentum ſuſpectum. Et idem Bald. in c. quia ueriſimile,
de præſumpt. dicit, quod propter inſolitas clauſulas, et cautelas, præſumitur
dolus & fraus. Idemq; Bal. in L. Si tibi, §. rogaſti, ſi cer. pet. col. 3. ait, multæ
cautelæ & inſolitæ clauſulæ arguunt dolum & fraudem. Et ita latè Iaſ. in L.
teſtamentum in fin. C. de teſtament. Doct. in L. Quæ extrinſecus, de uerb.
oblig. Dec. in regula, quæ ſuperabundant, de reg. Iu. & uoluit in ſpecie Bal.
in L. fideicommiſſa, §. ſi ſeruo, de leg. 3. ibi per illum text. quod ſi in literis
Papæ continetur illud quod eſt inſolitum, nõ præſumitur confectum fuiſſe
ex mente Papæ, licet gratia expedita fuerit ex motu proprio: quæ tamen
clauſula plurimum operatur, c. ſi motu proprio, de preben. in 6. Et idem
in effectu uoluit. Bal. in L. Scripturæ, col. 1. C. de fid. Inſtru. ſcilicet, quod In-
ſtrumentum continens illud, quod non eſt ueriſimile, præſumitur falſum.
Et facit ad hoc opt. text. in c. graue, extra de crim. fals. Ita præceptor meus
ſupradicta confirmat in conſ. 399. nu. 8. lib. 3. † Propterea conſilium erit 294.
optimum partibus, ne ſint ſoliciti in adponendo Inſtrumentis clauſulas in-
ſolitas, rem tutiorem ſe facturos cogitantes. Nam (ut dictum eſt) ex ni-
mia cautela, exoritur ſuſpicio non modica falſitatis & fraudis. Cõſultius er-
go erit purè & ſimpliciter diſponere, omiſsis tot cautelis & inſolitis clau-
ſulis. Et ita à doctiſsimis uiris & fide dignis, audiui, ſubtilem Aretinum, cui-
dã illuſtri uiro (ad cuius ædes diuerterat) ipſum cõſulenti quomodo tutè
& ſecurè actum celebrare deberet, reſpõdiſſe: nimirũ ut quã pure, & ſimpli-
citer poſſet, actũ abſolueret: ne actus ſimulatus & doloſus præſumeretur.

In ſexta quæſtione Bart. ex eius dictis tres concluſiones colliguntur. † 295.
Prima eſt, quod teſtator in teſtamẽto remittere poſsit cõfectionem inuen-
tarij. Ita Bar. hic concludit per textum ibi, & eſt caſus in L. fin. §. illa, C. Ar-
bit. tute. Idem uoluit glo. in terminis, in L. tutores, in uerbo publicanum,
in fin. C. de admi. Tuto. Hoc idem Bar. uoluit in L. Tutor qui repertoriũ,
de admi. tuto. Bal. in L. cum tali, §. Titius, per illum tex. infra de cond. &
demonſt. qui textus in fortiori adduci poteſt, cũ loquatur de deliberatione
rationum. Et iſta ſententia communis eſt, ut hic per Alex. Aretin. Ias. & no-
uiſsimos. † Salyc. uerò dicebat ſententiam Bar. ſimpliciter ſic poſitam, 296.
non procedere quando teſtator remiſerit confectionem Inuentarij tutori:
ſed ita demum, ſi ſpecialiter prohibuerit tutori ne inuentarium faceret: tunc
enim benè procedere poſſet ſententia Bar. aliorumq;, & ita dicebat in iſtis
terminis loqui textũ in d. L. fin. §. illa, ibi ſpeciale. Hanc ſententiam tenebat
Ange. in Inſt. de except. in prin. ubi dicebat ſe plurimos uidiſſe erraſſe, & an-
te Salyc. hoc uoluit Mar. Saluian. in ſua diſputatione. Hoc idẽ aſſerit Ioan.
Andr. adducendo ipſum Mart. in tit. de tutore, §. generaliter. Idem dicebat
Cyn. in d. L. fin. §. illo. Hoc etiã hic uult Crot. per tex. in d. L. fin. §. illa, dum
Imperator ibi dicit ſpecialiter &c. penderãdo illam dictionẽ, niſi, per quę uer-
ba adparet, quod ibi ponitẽ exceptio, quę declarat regulã in caſu nõ excepto.
L. Nã quod liquidè, §. fin. de pœn. lega. Itẽ ponderat textum in d. L. fin. §.
illo, &c. ubi Imperator uidetẽ ponere formã, dũ dicit, niſi &c. quæ dictio
habet uim conditionis. L. Quibus diebus, §. Quidam Titio, infra de cond.
& demonſt. Sed ſecundũ ipſum, ubi exprimitur aliquid cõditionaliter, ibi

forma. L. Prætor in princ. infra de colla. bon. & eſt regula, quod forma nõ poteſt impleri per æquipollens. L. Qui Romæ. §. Flauius, de uerb. oblig. Rationẽ diuerſitatis adſignat inter ſpecialẽ prohibitionem de non cõficiendo inuentarium, & inter ſimplicẽ remiſsionem inuentarij. Nam quando tutor nõ conficit inuentarium de bonis pupilli, præſumitur in dolo, & ideo uti ſuſpectus remouẽdus eſt à tutela: d. L. fin. §. illo, ſed ſi eſt prohibitus tutor à teſtatore conficere inuentarium, excuſatur à dolo præſumpto: quando autẽ teſtator remittit confectionẽ inuentarij, uidetur renunciare ſuo fauori, cui poteſt renunciare: ſecus uero fauori publico. † Prædictorum
297. ſententia nimis ſcrupuloſa eſt, et magis in uerbis, quã in re ipſa cõſiſtit, cõtra L. 2. cum alijs, C. com. de legat. Item iura non faciunt differentiã an teſtator utatur uerbo uetuerit, uel remiſerit: quia idem in effectu eſt, ut hoc probat textus in L. Cũ tale, §. Titius, infra de cond. & demonſt. ibi, rationẽ remiſerit. Hoc etiã probatur ex uerbis Accurſij in L. Tutores, in uerbo publicarũ, in fin. C. de adminiſt. tut. Et ita uidetur etiam Alex. in conſ. 73. lib. 2. nõ facere ullam differentiã in uerbis, & utitur iſtis uerbis, an teſtator remittere poſsit confectionẽ inuentarij. Quod etiã Doct. ſimpliciter locuti ſint non facientes differentiam in uerbis, adparet per Fulgos. in conſ. 75. ſpectabilis miles, col. fin. Idem Dec. in conſ. 418. Viſa & iterũ lecta, nu. 22. lib. 3. Et ita tenendo, nõ obſtant ultimo loco ea quæ adducebat hic Crotus, ponderando textũ in d. L. fin. §. illo, ut ſupra uidiſtis: quia reſpondetur, quod mens Imperatoris nullo modo fuit ſe reſtringere ad aliquã formam, ſed generaliter cõcedere uoluit teſtatori, ut remittere poſſet confectionem inuentarij, neq; per illa uerba introducta eſt forma: quia Imperator ſi hoc uoluiſſet, prout ipſi ſentiũt, magis lęderetur lex antiqua, quæ diſponit, ut tutor nullo modo ſuſcipere poſsit adminiſtrationẽ tutelæ, niſi prius cõfecto Inuentario, ut ibi ipſemet Imperator dicit, & in d. L. Tutor qui. Imo dicendũ eſt potius, quod facilius Imperator conceſſerit teſtatori, ut ſub uerbis generalibus remitti poſsit confectio Inuentarij, quã quod fiat ſub prohibitione expreſſa: quia hoc eſſet cõtra legem antiquã. Nam teſtator remittendo cõfectionẽ Inuentarij, non omnino liberat tutorem: poſſet enim tutor ſi uellet, ad ſuam uoluntatẽ conficere inuentarium. Propterea ſenſus iſtorũ omnino reijciendus eſt, cum ſit expreſſè contra mentem Imperatoris, & ſolũ
298. reſpiciat uerba, non mentem legis. † Sed contra hanc doctrinam Bart. & communem aliqua obſtare uidentur. Nam teſtator liberando tutorem, uidetur inuitare ipſum ad delinquendum, & ad malam adminiſtrationem faciendam: propterea non deberet remiſsio inuentarij aliquo modo ualere. L. Conuenire, de pact. dota. L. Iuriſgentium, §. illud, de pact. Iſtud contrariũ uidetur ſentire Bart. ſupra in oppoſ. ad L. 1. C. de uſufruct. & ad L. pen. C. ut in poſſeſſ. legat. & opponit de d. L. fin. §. illo, ubi Bart. remittit ſe ad ea, quæ infra intendebat dicere, ſed hic nihil dicit. Videtur etiam quod fortiter urgeat textus in terminis, in L. Aurelio, §. Caius, infra de lib. lega. ubi ſi teſtator mandauerit hæredibus, ne litem haberent cum curatoribus de adminiſtratione curæ, quia cũ illis tractauerat, nihilominus non liberaret curatores à dolo præterito: multò minus in caſu noſtro à dolo futuro.

Iaſon

Iaſon hic aduertens ad iſta ſimilia, dicebat rationem eſſe, quare lex hoc teſtatori permiſerit. † Nam cum prætor poſsit remouere tutorem ſuſpectum, cui Inuentarij confectio remiſſa fuit: ut d. L. in confirmando, & L. utilitatem, ſequitur, quod ceſſare uidetur materia delinquendi. Iſta ratio non tollit obiectum: quia ita demum prætor poteſt recedere à uoluntate teſtatoris, quando mouetur ex cauſa uerisimili, quam ſi teſtator ſciuiſſet ipſemet mutaſſet ſententiam. Si uerò teſtator haberet plenam cognitionem perſonæ tutoris, & tamen confiſus ſit, tunc prætor non debet recedere, Ita dicunt prædicta iura in d. L. In confirmando. Secundam rationem adſignabat quod lex hoc permiſerit, quia lex confidit in teſtatoris uoluntate. Nam ſi teſtator ſciuiſſet, utiq; non talem perſonam conſtituiſſet: quia maximus eſt amor paternus erga liberos. L. Iſti quidem, quod met. cau. L. fin. cum ſimili. C. de Cura. furio. Nec etiam iſta ſecunda ratio tollit obiectum: quia eadem eſt cũ prima. † Propterea poteſt quis reſpondere defendendo Doct. hic, quod ideo lex hoc permiſerit: quia non immediatè præſtatur occaſio delinquendi, ſed per indirectum: quo caſu regula, d. L. conuenire, de pact. dota. non habet locum. Ita dicebat Ange. (ut ſupra uidiſtis) limitando illam regulam in conſilio ſupra adducto, cuius doctrinam ſequebatur Iaſ. & alij hic. † Poteſt etiã reſponderi & clarius, quod ideo lex uoluerit hoc cõcedere teſtatori: quia ſumus in dolo præſumpto, quo caſu, d. regula in L. cõuenire, non habet locum, ut uolebat But. in c. fraternitatis, nu. 11, de teſtibus. Et ita in ſpecie dicebat Fulgoſ: qui hoc ſenſiebat in d. conſ. 25. & etiã idẽ ſequitur Dec. in d. conſ. 418. Hoc modo patet reſolutio clara ad obiecta, alia ſane ratione quam unq; Iaſon hic animaduertit. Cõmunis concluſio ſic retenta ampliatur: ut non ſolum procedat in teſtamentario tutore, uerum etiam in datiuo. Ita glo. uoluit in L. Tutores, in uerbo publicarum, in fin. C. de adm. Tut. Bal. hic huic ſententiæ contradicebat, & dicebat iniquũ eſſe in quolibet tutore remiſsionẽ confectionis Inuentarij ualere. Imo prætor poterit compellere tutorem ad conficiendum inuentarium, ſi ſuſpectus fuerit: ne res pupilli ſupprimãtur, argumẽto. L. pen. §. 1, ubi pup. educ. deb. prout dicit hic Iaſ. Non debebat Bal. hanc ſententiam redarguere: quia hoc idem ſentit expreſſè Bar. hic, dum adducit tex. in d. L. in confirmando, & in d. L. utilitatem. 299. 300. 301.

† Secunda concluſio eſt, ut ſi teſtator remiſerit confectionem inuentarij, prætoris officium eſſe, animaduertere an huiuſmodi præceptum paternum expediat pupillo. † Quærunt Doct. hic, an d. L. in confirmando, & d. L. utilitatem, locum habeant in omnibus caſibus, & dicendum eſt prout hic per Aretin. quod diſpoſitio teſtatoris poſsit negligi à prætore in omnibus caſibus ex uerisimili mente teſtatoris. Iſtud eſt uerius quicquid hic dicat Crot. in contrarium. Nam d. L. in confirmando. cum duabus ſequen. loquitur generaliter, licet duos caſus exprimat. 302. 303.

† Tertia concluſio eſt, ut teſtator poſsit prohibere expreſſè confeſsionẽ inuentarij, nõ ſolũ in fauorem tutorũ, ſed etiã in fauorem filiorũ: quia expedire poteſt filio, et utile eſſe, ne fiat inuẽtarium: ne ipſius paupertas detegatur. L. 2, de alim. pup. præſt. & optimus tex. in d. L. 2, C. Quan. & quib* 304.

305. quar.pars debe.lib.10. † Et ultra Doct. poteſtis etiã dicere aliquando in-
tereſſe pupilli, ne ipſius diuitiæ cunctis adpareant; quia ut dicit Imperator,
inf.d.L. 2.C. Quan.& quib.quar.pars deb. quandoq; conſultũ eſt, ne quis
exponat diuitias proprias inuidiæ. Item ne principes, & aliæ perſonæ potẽ-
tes bona pupilli ambiant: præſertim ſi pecunias numeratas haberent, prout
interdũ contingit. Iuxta prædicta propono quæſtionẽ quotidianã, quã ſo-
306. lus hic Crotus mouet, ſed confuſe cõcludit. † An ſicut teſtator poteſt re-
mittere confectionem inuentarij tutoribus, poſsit etiã eodem modo libe-
rationẽ relinquere à rationibus adminiſtratæ tutelæ? Quia iure cautum eſt
tutores debere reddere rationes, alias cõtemnari poſſent, L. 1. §. officio, cum
alijs, de Tut. Circa hanc quæſtionẽ ſummarie dicendũ eſt, quod teſtator
poteſt liberationẽ relinquere tutoribus, ut per tot. tit. de libe. lega. Sed quæ-
307. ri poteſt, † in quibus caſib⁹ ualida ſit liberatio? tunc regula hæc eſt, ut libe-
ratio facta per teſtatorẽ exceptis duobus caſib⁹ locũ habeat. Excipitur autẽ
dolus cõmiſſus. Itẽ excipitur, ſi tutor aliqua bona penes ſe retinuerit, ut patet
in L. cũ quidam decedens, ſupra de adminiſt. tuto. in L. Aurelio, §. 1. infra de
308. libe. lega. † Sed ulterius diſputatur apud Doct. an dolus remitti poſsit,
uel etiã remitti poſsint ea bona, quæ ſunt penes tutores? In iſtis caſibus VI-
pianus expreſſe tradidit conſiliũ, & modũ teſtatoribus, ut poſsint liberare
tutores à dolo cõmiſſo, necnon à bonis retentis. Ita eſt caſus legis, in L. Si
309. quis rationes, infra de libe. lega. ubi tex eſt ſingularis. † Sed difficultas eſt,
an teſtator remittere poſsit dolũ de futuro ſub pleniſsima forma, de qua per
Vlpian. in d. L. Si quis rationes, & etiã ſub alijs uerbis magis pregnantibus.
Quidã uoluerunt q̃d ſic. Ita Dyn. cõſulendo dixit in cõſ. 94. Primellus No-
tarius, & adducit Rayne. de For. Idem tenuit Ange. in pluribus conſ. ut pa-
tet in cõſ. 85. ſuper hoc puncto, in conſ. 312. Primellus. & in conſ. 154. Hoc
idẽ uoluit Alex. in conſ. 54. circa id q̃d quæritur, col. pen. lib. 2. Corn. in cõſ.
113. hac cõſulatione, lib. 1. Cõtrariũ autẽ plures Doc. tenuerũt, ut nullo mo-
do dolus futurus cẽſeatur remiſſus ſub quibuſcunq; uerbis. Ita idẽ Ang. cõ-
trarius ſibi in cõſ. 175. Viſo dicto ſtatuto. Ancho. in cõſ. 117. caſus talis eſt, in
ſecũdo dubio. Fulg. in cõſ. 103. Saly. in L. cũ neceſsitatẽ, C. de fideicõ. Alex.
ſibi cõtrarius, in cõſ. 62. ſereniſsimus, col. 2. & in effectu hæc eſt cõmunis ſen-
tentia, ut adſerit Phil. Dec. iuris Monarcha, cui noſtra ætate legẽdo & cõſu-
310. lẽdo nullus eſt cõparandus, in cõſ. 188. ubi per tot. li. 1. † qui ingenioſiſsime
more ſolito, prædictas cõcluſiones cõtrarias reconciliabat. Quod aut dolus
cõſiſtit in faciẽdo, aut in nõ faciẽdo ſeu negligẽdo. Primo caſu procedat cõ-
munis ſententia: quia dolus futurus remitti nõ poteſt. L. Si unus, §. illud, de
pact. ſecũdo caſu remitti poteſt, ut puta ſi tutor nõ feciſſet inuentariũ cõtra
legis diſpoſitionẽ, uel aliquid omiſiſſet negligendo in pręiudiciũ pupillorũ:
& tũc ſi interuenit liberatio generalis, & ſub clauſulis pręgnantib⁹, ualeat re-
miſsio etiã doli. Iſta diſtinctio in ſe uera eſt: quãq; credã q̃d poſſet ſuſtineri
ſentẽtia cõtra cõmunem indiſtincte, ſi teſtator diceret in ſuo teſtamẽto hoc
311. modo: † conſtituo talẽ tutorẽ, & iubeo eũ eſſe Analogiſtã (ut dicit tex.
in d. L. cum quidã decedẽs) & eidẽ plenã liberationẽ ipſius tutelæ relinquo,
inſuper lego omne damnum quod pati poteſt propter adnotationẽ ſuorũ
negotiorum, addendo, hos hæredes meos damno, q̃d tutorẽ meum finita
tutela

tutela liberent ab ipſa tutela & adminiſtratione, abſq; præſtatione alicuius pecuniæ & rei & idē tutori omnē actionē quæ cōpetere poſſet hæredibus meis aduerſ⁹ eū remitto, & ulteri⁹ addendo diceret, ſi cōtingeret illū quacūq; actione cōdemnari, illi lego ex bonis meis tantū, in quantū condemnatus fuerit, eumq; libero à quacūq; negligentia, dolo, & culpa. Iſto caſu eſſet tutus tutor ab hæredib⁹ reſtatoris: licet enim hæredes poſſent illū cōuenire, tamē p indirectū cōſequeretur id in qd cōdemnat⁹ fuiſſet. Ita Albe. de Roſa: ſum̄us practicus dicebat in L. cū quidā decedens, nu. 4. ſupra de admini: tut ubi adſerit, omnes aduocatos ita obſeruare, & qd pluries ipſemet cōſiliū dedit teſtatoribus. Et pro eius ſententia facit, quod reſtator in re propria habet pleniſſimā poteſtatē diſponendi: §. diſponat, in auth. de Nupt. etiam in abutendo. L. ſed & ſi lege §. cōſuluit, de pet. hæred. Item cū ex preſſe conſtet de mente teſtatoris, ſic uoluiſſe remitere, dolus cenſet̄ remiſſus, ſi non directe, saltē per indirectū. Ad hoc facit tex. in d. L. ſi quis ratione, licet Bart. in d. L. Aurelio, §. 1. poſt Dyn. reſtringat illū tex. ad dolū de præterito: quia non arguo ex deciſione caſus ſed ex ſimili ratione. Et ita tenendo nō obſtat regula d. L. ſi unus, §. illud, iuncta regula L. cōuenire, de pact. dota: quid enim refert ſi teſtator nō poſſit remittere dolū futurū, quin tutores cōueniantur: ſat eſt, qd in effectu tutores cōdemnati potuerint petere uigore teſtamenti 312.
id in quo cōdemnandi fuiſſent. † Facit etiā p hac ſententia, quia uidemus qd d. §. illud, nō habet locū in lata culpa: prout Caſtr. Alex. Iaſ. & omnes dicunt in d. §. illud. Hæc notanda ſūt in praxi, quando teſtatores relinquerent liberationē ab adminiſtratione. Pro cōfirmatione prædictorū, prædictā libera 313.
tionis formā ualere ſecundū Alber. † facit dictum Bar. in L. 2. nu. 14. C. de reſcin. uend. Nam licet à iure introductū ſit, qd cōtractus uenditionis reſcindat̄ ſi quis decept⁹ ſit in precio ultra dimidiū: d. L. ij. C. de reſcin. uend: tamē ſi uendens in inſtrumēnto dixerit, do, & dono omne illud qd eſt ultra dimidiū, ualebit donatio, & ceſſabit dol⁹ p not. DD. in c. pe. extra de ēpt. & uēdit. In pposito noſtro poterit teſtator hoc modo diſponere, ut ſupra dictū eſt. 314.

In ultima quæſtione ex dictis Bart. plures cōcluſiones colligi poſſunt. † Prima & principalis eſt, ualidū eſſe pactū à partibus initū, ut appellare poſſint à ſententia arbitri. Ita Bart. poſt Dyn. hic quem Doct. omnes unanimiter ſequuntur, ut hic p Alex. Aretin. & alios & fundamentū eſt in L. ex conſenſu, de appella. contrariū uerò tenuit Cyn. & Rayne. in d. L. 1. & fundamentū eorū erat, quia priuatorū cōſenſus nō tribuit iuriſdictionē. L. priuatorū, C. de Iuriſd. om. Iud. ad iſtud argumentū reſpondet Bar. ut hic p eum. Licet autē Bart. hic non dicat tamen alia fuerunt motiua Cyni, quæ omiſſa ſunt per Bart. & per Doct. Mouebatur principaliter Cyn. quare iſtud pactū nō erat admittendū, quia erat cōtra diſpoſitionē legis, quæ diſponit omnino ſtandū eſſe ſententiæ arbitri, ſiue æqua, ſiue iniuſta fuerit. L. eo in §. ſtari de recept. arb. Secundo libera debet eſſe facultas in perſona arbitri, L. Itē §. idē Pomponius, de arbitr. Tamē à ſentētia cōmuni nō eſt recedendū & primo p ſecundū argumētū Dyni hic. Nā ſi partes poſſūt renunciare appellationi: L. §. 1. ſeu primo reſponſo, C. à Quib. appel. nō lic. & in L. fin. in fin. C. de temp. & repa. appel. multo magis ergo debet ualere huiuſmodi pactū ut admittat̄ appel. Cōfirmatur iſtud fundamētū, quia hoc modo res reducit̄ ad

Ius naturale: quod facilius admittitur, L. ſi unus, §. pactus, uerſ. quod in
ſpecie,& ibi Doct.de pact. Appellatio autem eſt defenſio, quædã ut Doct.
tradunt in Rub.extra de appell.& defenſio eſt de Iure naturæ, L. ut uim, de
Ius.& Iu. L. 1. §. cum arietes, ſi quadr.paup. fecíſ.dic. Et ita tenendo non
obſtant adducta per Cyn. ibi: quia iſto caſu non debet haberi ratio illius
textus, ſiuè iuſte ſiue iniuſtè pronunciatum ſit: quia partes, ob hanc le-
gem uoluerunt ſtare iniquitati arbitri,& ſic ceſſat d. §. ſtari. Non obſtat
quoq; d. L. Item. §. idem Pomponius: quia nullo modo aufertur libera
facultas diſponendi, ſed tantum datur reuiſio quædam, & contradictio,
quod ſecus erat in d. §. Idem Pomponius.

† Secunda concluſio ex dictis Bart. colligitur. Partes poſſe renunciare ap-
315. pellationi. L. fin. in fin. C. de temp.& repa. Appell. L. 1. in primo reſponſo, à
quib. appel. non lic. † Et iſta concluſio ampliari poteſt, quod eodem modo
316. partes poſſũt appellationẽ deſerere: quia nihil aliud eſt deſerere, quã à lite re-
cedere. L. in ſumma, de cond. Indeb. Iſta concluſio Bart. quæ nullã habet
difficultatẽ, recipit aliquas declarationes,& limitationes, prout hic Crotus
& Ticinenſes dicunt. † Prima ſit, ut locũ habeat in ciuilibus, ſecus in crimi-
317. nalibus,& ubi agitur de pœna ſanguinis: quia tunc reus defenſioni propriæ
renunciare non poteſt. Ita gl. uoluit in L. pactum inter hæredem, in uerbo
cum liceat, circa fin. de pact. Ita uoluit Bal. in d. L. fin. §. fin. C. de tem. ap-
pell. col. 1. Et ratio eſt: † quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum: L.
318. ſi liber homo, ad Leg. Aqui. ideoq; in tali caſu popularis actio competit, † ut
319. quilibet de populo poſſit defendere condemnatos etiam inuitos. Propterea
Bartholo: Vero. in ſuis cautelis nu. 6. uoluit optimum conſilium eſſe ad
differendam executionem pœnæ capitalis, ut aliquis accipiat patrocinium.
Et ob id Romæ optimè inſtitutum eſt, ut ſint aduocati, & procuratores
pauperum, qui defendant innocentes. Nam plures uidi liberari per prædic-
tas perſonas. † Secundo declaratur iſta ſententia Bart. ut procedat ſi à
320. domino litis facta fuerit, uel à procuratore habente ſpeciale mandatum ad
renunciandum appellationi: alias ſecus, etiam ſi procurator haberet man-
datum cum libera. Ita idem Bal. in d. L. fin. in fin. & ratio colligitur † ex
321. not. per Bart. in L. ſi quis delegauerit, de noua Tertio fallit in pacto per
quod compromiſſum faciendum annullaretur: quia tunc non ualet. Ita Bar.
in d. L. cum antea, C. de arbi. Alex. in conſ. 32. col. 3. lib. 2.

† Tertia concluſio Bart. eſt, quod in caſibus, in quibus oritur actio hodie
322. ex ſententia arbitri, locus ſit appellationi, abſq; ullo pacto. Bart. tres caſus
ponit, quorum duo ſunt imperatoris in d. L. cum antea, tertius eſt Bart.
quando adpoſita fuiſſet clauſula rato manente pacto, de qua in L. qui fidẽ,
de tranſact. † Iſta ſententia Bart. communiter, imo ferè indifferenter
323. damnatur ab omnibus legiſtis & Canoniſtis, prout adparet per Albe. de
Roſa. Ange. & alios antiquos in d. L. 1. C. de Arbitr. Imo: in L. fin. à quib.
appel. nõ ſit Panor. in c. Quintauallis, in 16. differentia, extra de Iureiu. Alex.
hic, qui dicit eſſe communem ſententiam contra Bart. Idem ſentit Panor. in
c. ſuſpicionis, de off. deleg. prout etiam Iaſ. hic dicit, & ratio manifeſta eſt q̃d
Bart. errauerit: quia qui appellat contradicit, & expreſſe fatetur ſententiam

latam

latam ſibi diſplicere, ut patet in L. 1. C. ſi ſep. in integ. reſt. ſue, poſtu: q̃ caſu ceſſat. d. L. cum antea ubi, textus fundat ſe in adprobatione partis, alias ſi diſplaceret: quia dicit textus tunc non oritur actio. Secundo obſtat ſententiæ Bart. quod eius ſententia continet repugnantiam quandã, & uidentur inter ſe contradictoria adprobare & reprobare: ideoq; non admittenda eſt. L. ubi repugnantia, & L. Ius noſtrum, de reg. Iu. Item ſequitur abſurdum, ut quis adprobet & in continenti reprobet, contra regulam quod eſt ſemel adprobatum reprobari non poteſt, & contra textum in argumentum in L. Qui ſic ſoluit, de ſolut: Necq; liberat ſe Bar: ab iſto argumento, quod ipſemet ſentiebat, dum uult poſſe iſta procedere ſimul: quia poſſim adprobare ſententiam latam, & dicere malè latam. Nam id expreſſe eſt contra textum in d. L. cũ autẽ, ubi imperator propter adprobationẽ expreſſã, uel tacitã partiũ diſponit, ut oriatur actio actori, & exceptio reo. Textus uerò in d. §. falſus, in quo Bar. ſe fundat, non probat eius ſententiã, necq; exemplum illius tex. conuenit noſtris terminis. Quia benè poſſunt eſſe ſimul, ſententiã eſſe latam, et latam contra falſum procuratorem: quia nulla contradictio eſt in hoc, ſecus uerò in terminis. d. L. cum antea: nam ſi partes adprobent ſententiã, uel laudũ, arbitriumue, nõ poſſunt poſtea reprobare & appellare. Ad unũ tamen animaduertendũ eſt, in quantũ gl. in d. L. 1. C. de arbit. uult q̃d in d. L. cum antea, nõ poſſit competere appellatio, uidelicet, quando partes expreſſe uel tacitè adprobauerunt arbitriũ latũ: illud procederet, quando partes quæ ad probaſſent parum læſæ fuiſſent: ſecus uero ſi ualde enormiter. † Nam tunc nõ obſtante adprobatione poſſent reclamare & reducere cauſam ad arbitriũ boni uiri. Ita Bal. uoluit in d. L. cũ antea, col. ij. ubi d. cit, q̃d ita cõmuniter obſeruatur, nõ obſtante quacunq; uerborũ cautela adpoſita à partibus. Hoc idẽ adſerit Caſtr. in conſ. 72. fruſtra diſputatũ. Hoc plures Doct. cõſulendo tenuerunt, quos refert clariſſimus præceptor meus conſ. 60. Viſo themate, p tot. lib. 1. ubi adſerit hanc eſſe cõmunẽ ſententiã, à qua in iudicando & cõſulendo recedendũ nõ eſt, & eã ibi ſequit̃. Atq; ex hac doctrina ſequit̃ declaratio ad illã gl. cõmuniter receptã in d. L. 1. C. de arbitr. ut procedat in modica læſione, nõ in maxima. † Huiuſmodi caſu defendi poſſet ſententia Bar. cõmuniter reprobata, ut etiã in caſu d. L. cũ antea, ſcilicet quãdo quis eſſet grauiſſime læſus cõpetere poſſet appellatio ſeu reclamatio: q̃d iſto caſu ceſſaret repugnantia. Nam licet adprobẽ cõpromiſſum latũ, poſſum tamẽ poſtea improbare, ſi grauiſſime & ualde enormiter læſus fuerim. Quia nõ ẽ ueriſimile, q̃d ipſe adprobaſſet, ſi cogitaſſet de tã enormi læſione. Iſte caſus melioribus rationibus ſuffultus eſſet, quia tollitur repugnantia, et omnes rationes à Doct. traditæ cõtra Bar. ceſſant in caſu iſto. † Hoc modo debet limitari tex. d. L. dicm, §. ſtari, de arbitr. (ubi diſponitur, ſtandũ eſſe ſententiæ arbitri, ſiue æqua, ſiue iniqua fuerit) ut intelligatur de modica læſione, alias ſecus. Ita Doct. cõmuniter dicunt L. ſi arbitratu (ubi alias diximus) de uerb. oblig. † Videtur etiam Bar. hic errare dum Bart. extendit d. L. cum antea, ut oriatur actio rato manente pacto. Iſta extenſio nõ uidetur procedere, quia iſta clauſula adponitur ante pronunciationem arbitri: diuerſum uero eſt quando poſt ſententiã iam latam fit adprobatio à parte, prout loquitur

(margin numbers: 324. beside "Nam"; 325. beside "Huiuſmodi"; 326. beside "Hoc modo"; 327. beside "Videtur")

loquitur d. L. cum antea, & diuerſa ratio eſt : an pars adprobet arbitrium
328. ante ſententiam latam uel poſt. † Somniare igitur uidetur Bart. in L. ait prætor, de re iud. dum uult in caſu iſto, iſtud compromiſſum habere uim duorum compromiſſorum, unius cum pœna, alterius abſq; pœna. Nam iſtud compromiſſum cum clauſula rato manente pacto, uno & eodem contextu factum eſt, neq; ex uno facto duo debent facta reſultare.
329. L. ij. et ibi Bart. & Doct. ſi cer. pet. una cum iuribus uulgar. † Vnum tamen dicerem, extendendo diſpoſitionem d. L. cum antea, ut oriatur actio ſi accedat Iuramentum. Iſto caſu denegaretur appellatio : quia Iuramentum habet expreſſam uoluntatem diſponentis. L. cum pater, §. filius matrem, & ibi Bart. infra tit. proximo. Et pro hac ſententia uidetur eſſe textus in c. ij. de Arbit. prout infra dicam.

330. † Quarta concluſio eſt, quod in locis in quibus ex forma Iuris Municipalis naſcitur actio ex ſententia Arbitri (prout Bar. dicit communiter eſſe in partibus Italiæ) abſq; ulla difficultate admittatur appellatio: & hoc maxime ſi ſtatutum extaret, quod partes compellerentur ad compromittendum, prout in pluribus Italiæ Ciuitatibus hoc contingit, Florentiæ, & alibi: ubi agnati inter ſe compelluntur compromittere: tunc enim abſq; ulla dubi-
331. tatione competeret appellatio. † Ratio eſſet: quia ex forma ſtatutorum, propter neceſſitatem adhibitam, illi arbitri non eſſent ſimplices arbitri, ſed Iudices delegati: quia ſtatuentes contribuerunt iuriſdictionem, quam poſſunt populi non ſubiecti. Ita Bart. hoc dicit in L. fin. C. de Iud. in ij. notab. ubi dicit hoc menti tenendum eſſe : quia maxima eſt differentia inter arbitros & Iudices delegatos.

332. † Quinta concluſio eſt ex dictis Bart. quod licet priuatus non poſſit tribuere Iuriſdictionem : L. priuatorum C. de Iuriſd. om. Iud. appellatio tamē competere poteſt à perſona quæ nō habet Iuriſdictionem. Exemplum tradebat Bart. de executore, qui nullam habet Iuriſdictionem, & tamen ab eo competit appellatio. L. ab executore, C. Quor. App. non recip. iuncta L. executorem, C. de execu. rei Iud. Iſtud exemplum non uidetur benè procedere: quia textus in L. executorem, locum habet in apparitore, & nuncio communi, qui nullo modo eſt iudex, neq; loco iudicis habetur : quod ſecus eſt in caſu noſtro : quia arbiter aliquo modo eſt iudex.

333. † Sexta concluſio & ultima eſt, quod in caſibus in quibus non oritur actio, non concedatur proprie appellatio. Nam appellatio eſt remedium reſciſſorium : L. 1. in fin. cum ibi not. ad Turpi. quod contingere non poteſt in ſententia arbitri : cum ex ea non oriatur actio, d. L. 1. C. de Arbit. Sed pactum iſto caſu, ut licitum ſit appellare, operabitur reclamationem quandam, ſeu reuiſionem ſententiæ arbitri, per textum in L. Arbitro, ſecundam unam lecturam, qui ſatiſda. & cog. Cū Bar. omnes pertranſeūt, Sayſell. uero hic dicit quod iſta erit appellatio quædam largo modo ſumpta, prout etiam ſumitur in titulo de appel. cum etiam deducatur principaliter nullitas, per not. per Im:pin L. ſi expreſſim, de appella.

334. † Iuxta hæc quæritur, cum iure communi non appelletur à ſententia arbitri: d. L. 1. C. de Arbi. neq; etiam in terminis d. L. cum antea, ſecundum gl.

communiter receptam in d.L. 1.C.de arbitr. an hoc idem ſit de Iure Canonico Glo.5.in c. à iudicibus 1.quæſt.6.ſingulariter uoluit de Iure Canonico contrarium eſſe.Eamq́.glo.Bald.& Ang. ſequuntur in L.Si ſeruus,§. fin.ſupra eod.Et hæc eſt communis ſententia,ut Alexan. hic dicit num. 21. Hoc notandum eſt in foro eccleſiaſtico,& in terris eccleſiæ.Imo : uero contrarium tenuit,ut refert Alex.quod nulla debeat fieri diſtinctio inter ius ciuile & Canonicum c. 1.& 2. de ope.'no. nunc. et reſpondebat ad textum, ubi Doct. dicunt eſſe caſum in c. 2. de arbit.quod ille textus procedat: quia ſententia ſapiebat Simoniam.Eodem quoq; modo reſpondebat Imo.in c. Quintauallis,de Iureiu.quod ille textus loquatur in ſpiritualibus. Et Alex. hic dicit ſententiam Imo:in puncto Iuris ueriorem eſſe. † Tu uero dicas, 335.
ſententiam communem eſſe ueram in puncto Iuris: quia Ius Canonicum nititur æquitate,c.cum dilecti, de Iud.Et recedit Ius Canonicum plerumq; à rigore Iuris,ut dicit textus in c.Quamnis,de pact. in 6.iniquũ quoq; eſſet ſi de Iure Canonico non deberet competere appellatio, ſeu reclamatio ex ſententia arbitri: cum rigor Iuris ciuilis nimius ſit, uidelicet ſtandum eſſe ſententiæ arbitri,ſiue æqua ſiue iniqua fuerit,d.L.diem, §.ſtari. Facit quoq; pro hac ſententia,quia Ius Canonicum non patitur aliquem ſupprimi, & ſemper ſubleuat læſos. Patet: quia à quolibet grauamine & onere,Ius Canonicum concedit appellationem.c.concertationi,de appella.in 6.e.conſuluit,el.2.de appella. Sed ſententia arbitri,maximè quando pœnã continet, quæ non ſolet eſſe modica, nimis aggrauaret partes læſas: propterea ne metu pœnæ de Iure Canonico quis parere cogatur,prout lex ciuilis uult, d.L.1.C. de arbit. dicendum eſt merito de Iure Canonico concedendam eſſe appellationem.Non obſtat reſponſio Imo.ad textum, in d. c.2. dum dicit,quod ibi ſumus in Simonia,& in ſpiritualibus,quia reſpõdetur, quod textus ibi non uidetur fundare ſe principaliter ſuper ſimonia, ſed duntaxat ſuper fraude & dolo,quæ ibi ſuperueniunt, & ideo Pontifex uoluit corrigi ſententiam arbitri tanquam iniquè latam. † Præterea animaduertendum 336.
eſt ad textum in d.c.2.in quantum ibi uult textus iuramentum adpoſitum ſi ualidum fuiſſet: quia non fuiſſet fraude & dolo extortum, non reuocari arbitriũ.Vnde adparet quod ibi eſt optim⁹ textus pro noſtra ſentẽtia ſupra relata, quod textus in d. L. cum antea, extendatur accedente Iuramento, ſecundum glo.communiter receptam in d.L.1.C.de arbitr.ſcilicet, ut ſicut appellatio denegatur, quando partes adprobant laudum: eodem modo ſi iuraſſent: tamen ſi eſſet enormis ualde læſio,tunc dicerem, etiamſi partes iuraſſent,'quod deberet concedi reclamatio,prout ſupra dicebamus. Faciũt ea quæ Doct. tradunt in d. c. quamuis: † renuntiationem factam per filiam hæreditati paternæ non ualere, non obſtante iuramento, quando enormiter læſa fuiſſet,prout Doct.dicunt in d. c. quamuis, & legiſtæ in L. Stipulatio,de uerb. oblig.& in L.qui ſuperſtitis,ſupra de acq. hæred,in quibus locis nos latiſſimè diximus. 337.

Bar. hic ultimo loco refert quoſdam Doct. diſputare an partes poſſint renunciare Iuri publico, ſed remittit hanc quæſtionem ad ea, quæ tradunt Doct.in L.Pen.C. de pact. † Verum quia iſta quæſtio reſpicit propriè 338.

terminos noſtræ L. Propterea non omittam aliqua dicere per uiam com-
pēdij, quando partes poſsint renunciare iuri publico, Nam principalis ra-
tio L. noſtræ eſt, quod ideo teſtator non poteſt cauere, ne leges in ſuo te-
ſtamento locū habeant: quia ſolennia introducta ſunt iure publico, ut dicit
Imperator in L. teſtandi. C. de teſtament. & prout hic Accurſ. in glo. mag-
na dicit, nemo poteſt derogare iuri publico, per L. Quidam, ſupra de admi.
tuto. L. Quod de bonis, §. 1. infra ad leg. Falcid. cum pluribus alijs iuribus
per ipſum adductis. Nam & regula Iuris eſt, ut nemo poſsit derogare iuri
publico. d. L. Ius publicum, de pact. d. L. Quod de bonis, §. 1. L. fin. infra de
ſuis & legit. cum ſimilibus. Hæc regula ampliatur etiamſi Iuramentum ac-
cederet, c. ſi diligēti, de fo. compe. Bart. in L. Si quis pro eo, de fideiuſſ. Doc.
& latè Imo, in c. cum contingat, de Iureiu. Secundo ampliatur, licet publi-
ca utilitas non eſſet principaliter, dummodo ſeparari non poſſet à priuata,
L. de die & L. Atilicinus, de pact. dot. Pro præmiſſorū declaratione ſcien-
dū, quod Ius publicum quatuor modis conſideratur. Dicitur ius publicum
ratione iuris naturalis & ſanguinis, ut in L. ius Agnationis, de pact. Secun-
do dicitur Ius publicum, quando Remp. principaliter reſpicit, uidelicet, ut
delicta puniantur, L. Ita uulneratus, cū ſimilib. ad leg. Aquil. Dicitur etiam
Ius publicū quando publicam rem reſpicit, ut in L. Iuriſgentium, §. ſi paciſ-
cat, cod. tit. de pact. Quarto dicitur ius publicum quando lex uel ius Muni-
cipale aliquid introduxerunt pro forma & ſolēnibus, prout in ſpecie loqui-
tur textus noſter. Et iſtis caſibus nullo modo partes poſſunt derogare iuri
publico. Quantum uerò ad ius priuatum, regula eſt in contrariū, ut quili-
bet poſsit renunciare fauori ſuo, ut in L. pen. C. de pact. in L. 2. C. ut in poſ-
ſeſſ. lega. & glo. noſtra magna in fin. hoc dicit. Regula tamen iſta patitur
plures exceptiōes quas uidere apud Doc. in d. L. Ius publicū, & in d. L. pen.
339. † Bart. hic quærit, an partes poſsint conuenire, ne ſeruitus quā habeo in
fundo tuo, præſcribatur? Controuerſia eſt inter ipſum & Dyn. Dyn. con-
cedebat huiuſmodi pactum ualere, Bart. uero contradicit, ut nullo modo
partes neq; in hac ſpecie, neq; in genere poſsint diſponere & impedire cur-
ſum præſcriptionis. Et potiſsimum fundamentum Bar. eſt, quia uſucapio
introducta eſt fauore publico, per rationem. L. 1. de uſucap. ne dominia re-
340. rum maneant in incerto. Item ad tollendas lites, in L. fin. pro ſuo. † Sen-
tentia Bart. hic communis eſt. Non omitto tamen, quod Bart. in ſequen-
ti quæſtione de ſtatuto diſponenti, ut debitum præſcribatur ſpacio decem
annorū, cautelā quandā tradebat: ut dicatur in cōuentionibus, quod toties
quoties res præſcripta fuiſſet, rurſus incipiat currere tempus. Nā iſto caſu tol-
leretur præſcriptio, argumento. L. Sicut in annos. Quib. mod. uſusfruct.
amitt. Dictum Bar. ſequitur Bal. in repetitione L. cunctos populos, col. 40.
C. de ſum. trin. & fi. cath. ut partes dicant toties quoties fuerit præſcriptum
toties iterum deberi uolo, uel quod currere debeat tempus. Hoc idem tenet
Flor. in L. Si uſusfructus alterius. Quib. mod. uſusfru. amitt. Iſtud conſiliū
341. Bar. Bartholo. Vero. ponit in ſuis cautelis nu. 94. † Iſta cautela nunquā
mihi placuit, neq; in puncto Iuris uera eſt: prout etiam Iaſ. hic aſſeuerat. In-
primis (dicit Iaſ.) committeretur fraus legi ſeu ſtatuto contra L. fraus,

de legib.

de legib, L. non dubium, C. eod. tit. Secundo per regulam quæ diſponit, quod quando lex aliquem actum fieri prohibet, uidetur prohibere ſiue directe, ſiue per indirectum, c. cum quid, cum alijs ſimilibus de reg. Iur. in 6. Quarto in ſpecie Iaſ. hic adducebat textum in propoſito in §. neq; illud, in Auth. de non alie. bon. ubi textus facit extenſionē ne diſpoſitio fiat in fraudem legis, & omnes modos, & cautelas de medio aufert. Facit ad hoc optimè textus, quē ſoleo adducere in L. Sed Iulianus, §. mutui, ad Maced. in L. 1. §. calumniam, de calum. in c. ſi ciuitas iuncta glo. ibi, de ſenten. excom. in 6. Facit etiam pro hac ſententia ultra prædicta tex. in d. L. Quidam decedens, de admi. tuto. ubi expreſſè dicit textus, quod quando aliquid eſt diſpoſitum iure publico, nemo poteſt derogare iuri publico quibuſcunq; cautionibus factis. Sic in propoſito noſtræ quæſtionis non debet procedere iſta cautela, ex quo expreſſè derogaret iuri publico, impediendo curſum præſcriptionis. Facit regula: circuitus ſunt uitandi, L. dominus teſtamento, de cōd. indeb. facit etiam ultimo loco: nam ſi partes non poſſunt iureiurando renunciare præſcriptioni, & illam impedire (prout uoluit Hoſtien. in ſumma, de præſcript. in §. Quæ res, uerſ. opinio tamen, & Felyn. in Rub. extra de præſcript. col. 6. uerſ. fallit, licet Alexan. hic contrariū uoluerit & malè, dicendo eſſe nouum dictum: cum etiam ante ipſum, & prædictos in terminis contrarium uoluerit Fulg. in conſ. 68. Viſa copia, circa fin. & priorem ſententiā hoſtienſis ueram eſſe uoluit Ange. in conſ. 55. Nam ut dicit nouiſſimè Socc. iunior in conſ. 145. lib. 1. ſentētia communis eſt contra Alex. & recentiores omnes admirantur opinionem Alexandri. Adparet partes nullo modo, nullaq; uia poſſe impedire curſum præſcriptionis. Et iſta ſententia uera eſt, & ita tenendum. † Non obſtat textus in d. L. Sicuti, per 342.
quem textum fundat ſe hic Bar. quia enim textus ille loquitur in caſu permiſſo à lege, merito talis repetitio ualet & tenet: ut toties quoties amiſſus fuiſſet uſusfructus, rurſus incipere debeat. Secus uero in caſu noſtro, cū ſimus in caſu qui eſt expreſſe & directe contra diſpoſitionem legis, quæ omnino reſiſtit. Iaſ. hic reſpondet ad illum textum, et ita omnes unaminiter recentiores hic fuitq; ſolutio Bald. in L. unica in princ. C. de cad. tollen. † 343.
Propterea infero ad ea, quæ Doct. tradunt in L. 2. C. de pact. int. empt. & uendit: quod cautela Bar. hic locum non habeat. Præſuppoſita communi ſententia, quæ habet quod pactū de retrouendendo perpetuo, & quandocunq; præſcribatur ſpacio triginta annorum, licet ſit communis, tamen in puncto Iuris uera non eſt, ut latiſsimè dixi in L. 1. ſol. matr. Et ita hanc cautelam reprobat Bald. in tractatu præſcriptionum, & dicit communiter reprobari.

† Quantum uero ad quæſtionem, quam Bar. hic ponit de ſtatuto diſponendi, ut ſi creditor negligens fuerit in non petendo debitum, infra decennium, debeat cadere à iure ſuo: Bart. præſuponit ſtatutum iſtud ualere, cum 344.
poſtmodum (ut ſupra dictum eſt) ponat remedium ne locus ſit præſcriptioni. † Licet Doct. hic non attingant, uidetur mihi iſtud ſtatutum nullo modo poſſe procedere: quia iniquum uidetur, ut tam breui temporis ſpacio creditor cadere debeat à iure ſuo. Nam uidemus iure communi 345.

diſpoſitum eſſe actiones perſonales longiſsimo tempore præſcribi, L. Sicut & L. omnes. C. de præſc, 30. uel 40, ann. Propterea uti iniquum ſeruari nõ debet: cum lex iniqua non ſit toleranda: quia lex debet eſſe æqua & iuſta. c, erit lex. 1, diſtinct. bonus tex, in L. ex facto, & ibi Doct. ibi iniquum &c. ſupra de uulg. & pup. Secundo facit, quia eſt contra regulas iuris, cum iure introductũ ſit ut obligationes non finiantur tempore, L. obligationũ, uerſ. placet, de act. & oblig. Tertio q̃d magis urgere uidetur, quod nõ uidet̃ iſtud ſtatutum iure ualere poſſe: quia dubium non eſt quin debitor in tam breui ſpacio temporis reddatur malæ fidei poſſeſſor: cum ſciat ſe debere. Ideo ſequitur, quod nullo modo procedere poſsit præſcriptio, maximè de iure
346. canonico; † cum nullo modo ius canonicum admittat malæ fidei poſ
347. ſeſſorem, c, fin. et ibi Doc. latiſsimè de præſcript, c, malæ fidei, de reg. iu. in 6. † Et ius canonicum ubi tractatur de materia peccati prævalet iuri ciuili, per not. in c. 1, de reg. iu. in 6. & Doct. in d. c, fin. de præſcri. Et ita Bal. in L. omnes populi, circa principium unlt iſtud ſtatutum de iure non ualere.

Vltimo loco animaduertendum eſt ad unum, quod perturbare uidetur
348. totã, L. noſtram, quamuis Doct. hic non animaduertant. † Nam Pomponius noſtræ L. author in ſecunda parte ponit tria exempla, quod obligatio hæredis, nomine legatorum, tempore, loco & conditione, finiri non poſsit. Accurſius hic declarando hæc tria exempla, dicebat procedere hæc omnia ipſo iure: ſecus ope exceptionis, per L. 4. de ſerui. & d. L. obligationum, uerſ. placet, de act. & obligat. ubi textus clarè hoc dicit, & ita Bart. & Doct. omnes ſequuntur Accurſium, quod textus noſter
349. procedat ipſo iure: ſecus ope exceptionis. † Licet autem omnes hoc modo ſentiant, tamen iſta declaratio me plurimum perturbat: nam plurima prædictæ declarationi, & legis intellectui uidentur obſtare. Primo: quia iſte intellectus in ſecunda parte, ſi ope exceptionis intelligeretur, diſpoſitio Pomponij eſſet magis impoſita uerbis quam rebus: quod nullatenus eſt credendũ argumẽto. L. 2. C. cõmunia de leg. Secũdo, quia L. iſta in ſecunda parte & etiam in prima, uana fuiſſet, & abſq; ullo effectu,
350. contra mentem Iureconſ. quod etiam credendum non eſt: † cum ars & natura nil fruſtra ſoleant operari, L. hæc ſtipulatio, §. Diuus, infra ut legat. ſeu fideicommiſſ. nom. caue. Tertio etiam probatur: quia iſta eſt æqualis determinatio, & quia primum dictum à iureconſ. æquiparatur cum ſecundo, æqualis debet eſſe determinatio. L. Nam hoc iure, ſupra de uulg. & pupilla, L. Quamuis. C. de Impub. & alijs ſubſtitu. Sed in primo dicto nullo modo locum habet iſta declaratio: quia teſtamentũ non ſolenniter factũ, eſt nullũ ipſo iure & ope exceptionis, prout conſtat alijs iuribus, d. L. teſtandi. C. de teſtament. d. L. quidã decedens, cum pluribus alijs. Neq; uidetur obſtare, quod Bar. hic (qui uidetur ſentire iſtã difficultatẽ) reſpõdeat, fatẽdo iſtud argumẽtũ, q̃d etiam in prima parte debeat procedere diſpoſitio textus ope exceptionis, uidelicet, ut ſi legatario ſolutum fuerit legatũ ex teſtamento non ſolenni, quod ope exceptionis retinere poſsit poſt ſolutionem factam: quia nata fuit naturalis obligatio ex teſtamento non ſolenni.
351. † Nam reſpondetur, q̃d non procedit iſta ſimilitudo: eò quia iſta declaratio

Bart

Bart.tendit tantum ad modum retentionis, non autem ad modum agen= 351.
gi,prout textus expreſſe ſentit in ſecunda parte. Item facit contra iſtũ intellectum,quia in prima parte exceptio non competeret uigore pacti,ſed magis iuris diſpoſitione,ſcilicet quod naturalis obligatio pariat rei ſolutæ exceptionem,quæ natura eſt naturalis obligationis.L. iurisgentium.§. igitur nuda,de pact.cum ſimilib. Vt dixi Doct. hic non animaduertunt. Nouiſſimi Bononienſes hic aliquo modo bene ſentiũt,licet nõ ita clare:et in effectu non explicant ſtam difficultatem ſed relinquunt cogitandum. Miror quidem Doct.antiquos hic, quod non animaduerterint: Imo fateor me plurimum perturbare ſupra dicta,adeo ut uix uideam reſponſum. † Tamen
defendendo Iureconſ. dico,quod non fuit ſententia Pomponi ut hic dare= 352.
tur exceptio penitus excluſoria : nam id eſſet contra eius mentem, ac etiam nulla fuiſſet diſpoſitio illius,ut ſupra dictum eſt: quia ſi legatarius (ad practicam reducendo) ageret ad legatum, & lapſum fuiſſet tempus,infra quod iuxta præceptum teſtatoris debebat petere,ſi oppoſitum fuiſſet ei de uoluntate teſtatoris,ille uero adduxiſſet regulam d.L.obligationum, potuiſſet excludi ope exceptionis.Propterea ego exiſtimo mentem Iureconſ. fuiſſe non de exceptione penitus excluſoria,tam in primo quam in ſecundo dicto, ſed de exceptione quæ prouenit ex legis diſpoſitione:ut detur exceptio rei ſolutæ ex quocunq; actu non ſolenni: quia remanet naturalis obligatio, quæ per legem non eſt extincta. † Textus uero qui facit ſcrupulum, quod obli=
gationes finiuntur tempore ope exceptionis, loquitur in aliis terminis,non 353.
ſolum quo ad effectum retentionis, ſed quo ad quoſcunq; modos: ut propter uoluntatem contrahentium,ratione placiti,remaneat naturalis obligatio,ciuilis uero extincta ſit.Et ſic generaliter loquitur lex de obligatione iuncta:ciuili & naturali. Nam quando lex ſimpliciter loquitur, intelligitur de utraq;, ſcilicet, naturali & ciuili, ut notatur in Inſt. de obligat.in princ. ſecus autẽ eſt in caſu L.noſtræ.Hoc modo tolluntur omnia contraria, ſed adhuc ad unum animaduertendum eſt, quod Bart. hic eſt ſibi contrarius, licet Doct.non animaduertant:dum uult ſecundum intellectum ſupra dictũ ex teſtamento non ſolenni naſci obligationem naturalem ad legatum : quo caſu adparet numerum ſeptem teſtium, & aliarum ſolennitatum non eſſe partem ſubſtantialem:quia alias non naſceretur naturalis obligatio. L. 1.§.ſi quis ita:de uerbo.obl.Bart.in L.cum lex de fideiuſ.Nos quoq; ſupra diſtinguendo diximus in princ. ſolennia teſtamenti non eſſe partes ſubſtantiales abſolutè.

His omnibus abſolutis huic celeberrimæ legi finem inponimus,ad laudẽ Dei optimi maximi.

INDEX REPETITIONIS
L. NEMO POTEST, DE LEGATIS.

A.

ACtio in quibus caſibus non oriatur. num.333.
Actus poteſt eſſe nullus, & tamen cōpetere exceptio nullitatis poteſt. 246.
Actus qui in rerum natura nō exiſtit, facit, ne Iuramentum conſideretur. 276.
Actus ſubſtantialis dicitur quando lex ita ſtatuit. 89.
Alienatio abſq; ſolennitate Iure Mūicipali prohibita, magis in bonis quęſitis, quam in quærendis procedit. 205.
Alienigenæ continentur in ſtatuto per quod Iuris ſolennia in Teſtamentis condendis remittuntur. 130.
Animam eſſe in toto corpore, & in qualibet parte corporis reſtringitur. 90.
Appellatio an poſſit tolli per principem. 62.
Appellationi partes renunciare poſſunt. 315.
Appellationem partes deſerere poſſunt. 316.
Argumentum ab ultimis uoluntatibus, ualidum eſt ad contractus. 65.
Argumentum non eſt ualidum de ſtatuto ad legem ſeu conſuetudine ad teſtatorem: licet in quibuſdam caſibus procedat. 135. & 136.
Argumentum ualidum eſt de contractibus ad ultimas uoluntates, quando eſt eadem ratio. 168.
Argumentum ualidum eſt de ſimilibus ad ſimilia. 73.
Argumentum de uno caſu ad alium in correctorijs eſt ualidum, quando per uiam regulæ proceditur. 220.
Ars & natura nil fruſtra operantur. 350.

B.

Bald. & alij plures dixerunt donationem abſq; inſinuatione, iuramenti robore non firmari. 232.
Bartoli ſententia recepta, ut teſtator poſſit prohibere ius accreſcendi: non uidetur procedere. 209.
Bartoli contrarietas, an diſpoſitio noua. §. ſi uero expreſſim, in Aut. de Hæred. & Falc. trabatur ad Trebellianicam? 213.
Bona relicta Eccleſiæ, Chriſt o relicta eſſe uidentur. 202.

C.

Captiuus redemptus conuenire poteſt ut apud redimentem retineatur. 69.
Carcer reſpicit iuriſdictionem. 68.
Cardinalis, uel alter inferior principe, non poteſt cauſam committere, ut ſummarie, & abſq; ordine agi poſſit: niſi ex cauſa iuſta. 56.
Caſus nonnulli ſunt in quibus non oritur actio, & proptie non competit appellatio. 333.
Cauſa quæ directe inducit delictum, attendenda eſt. 179.
Cauſæ piæ fauore ut non detrahitur falcidia: ſic quoq; ſeruabitur teſtatoris uoluntas hæreditate non adita. 157.
Cautio de utendo arbitrio boni uiri remitti debet Domino donanti & reſeruanti ſibi uſumfructum. 143.
Ratio diuerſitatis quare magis in caſu prædicto, quam in alijs caſibus. 144.
Cautionem de utendo arbitrio boni uiri, per teſtatorem nō poſſe remitti. 137.
Cautionem de utendo arbitrio boni uiri licet teſtator remittere non poſſit, hæres tamen poterit. 138.

Clauſula

Clauſula codicillaris præſumitur, ſi teſtator in teſtamento dixerit, ſi rai/ nus perite fecero, pro iuſto & legi/ timo haberi uolo. 102.
Clauſula codicilaris præſumitur in teſ tamento condito inter liberos. 103.
Clauſula codicillaris rutior erit ſi ex uerbis teſtatoris, quam ſi ex Nota/ riorū conſuetudine inducatur. 104.
Communio ſolet inducere diſcordias. (171.
Et non ſolum diſcordias, uerum ne/ gligentiam, & plura alia. 172.
Concordia tradita per autorem, ut nu/ merus ſeptem teſtium dici poſſit ſolennitas ſubſtantialis & probato/ ria. 92.
Concordia ſingularis, noua, & uera per quam omnis Doct. diſceptatio ceſſat. An uerbum lego, relatū uni/ uerſitati bonorū, trahatur ad hære/ dis inſtitutionem. 21.
Conſcientia conſideratur ubi eſt na/ turalis obligatio, remotis Iuris api/ cibus. 82.
Conſenſus ubi deficit, & in caſibus, quos ſolus pontifex corrigere poteſt Ius Municipale nihil diſponere po/ teſt. 269.
Conſilium ad tollendam ſuſpicionem contractus ſimulati. 295.
Conſilium Bartholomei Veronenſis in teſtamentis obſeruandum, ut hæ/ res ſi nō Iure teſtamenti, ſaltem pro miſſionis iure compellatur ad tollen dum probationis defectum. 112.
Conſilium Bar. ad impediendum cur/ ſum temporis, ut dicatur toties quo/ ties &c. licet communiter ſit recep/ tum: tamen iure non procedit. 341.
Conſilium ad euitanda Iuris ſolennia ut teſtamentum ſotiatur effectum. (113.
Conſilium ut filij poſſint diuidere non obſtante prohibitione paterna & Iuramento. 180.
Contractus ſimulatus nullam actio/ nem parit. 261.
Contraria ſimul eſſe nō poſſunt. 277.
Creditor(ſtante ſtatuto ſi neglexerit per decenniū petere creditum ut ius ſuum amittat) nihilominus cre/ ditur petere poteſt ſtatutumq; etſi commiter recipitur, tamen uti ini/ quum non uidetur procedere. 345
Criminalibus in cauſis partes adpella/ tioni renunciare non poſſunt. 317.

D.

Debitor non poteſt concedere auto/ toritatem creditori, ut propria auto/ ritate capere ipſum poſſit. 67.
Declaratio noua tradita ad regulam expreſſa nocent. 191.
Diſpoſitionem §. Sanctiſſimas, in aut. de non alien. bon. non procedere de Iure Canonico nouum dictū. 201.
Diſtinctio noua in diſputatione quan do Ius Municipale uel conſuetudo poſſit ſolennia Iuris in teſtamento remittere. 126.
Diſtinctio, an & quando partes re/ nunciare poſſint Iuri publico. 338.
Diuiſio filijs permittitur, nō obſtante prohibitione paterna & Iuramento.
Dolus fururus an tutoribus a teſtatore remitti poſſit. 309. & 310.
Domini Scaligeri olim Veronæ prin/ cipes an poſſint agere quæ Cæſar poſſet. 61.
Donatio inter uirum & uxorem Iura/ mento firmatur 234.
Donatio a Cæſare uel a Principibus ſuperioribus, non inferioribus abſq; in ſinuatione facta ualet. 246.
Donatio remuneratoria ualet abſq; in ſinuatione. 247.
Donatio uirtute Iuramenti abſq; in/ ſinuatione ualet, niſi in tertij detri/ mentum facta fuerit. 245.
Donatio ultra ſummam a lege præ/ fixam, abſq; inſinuatione ualet ſi iuramentum aceeſſerit. 229.
Duo contraria ſimul eſſe non poſſunt. (277.
Duo ſpecialia ſimul eſſe non poſſunt. (197.
Duplex eſt ſubſtantia: eſſentialis & accidentalis. 91.

E.

Eccleſia poteſt alienare bona relicta contra

contra teſtatoris uoluntatem, urgēte neceſsitate. 203.

Effectus plures conſiderari poſſunt an naturalis obligatio ex nullo actu exoriatur. 84.

Primus effectus, ut ſi eſſem⁹ in dominio eccleſiaſtico hæres compellatur ad ſoluenda legata, licet teſtamentum fuerit nullum. 85.

Secundus effectus: quia pareret ſoluti exceptionem. 86.

Tertius effectus, ubi hæres teneatur in foro poli ſeruare uoluntatem teſtatoris. 78

Exempla licet non reſtringunt regulam, tamen eam declarant. 72.

Expreſſa nocent &c. regula iſta quomodo ſit declaranda: eſtq; declaratio noua. 191.

Expreſsio loci à lege, non eſt reſtringenda ad illū duntaxat locū. 200.

F.

Facile res reuertitur ad priſtinam ſuā naturam. 221.

Falcidiam hodie teſtator detra prohibere poteſt. 211.

Falcidia principaliter fauore teſtatoris emanauit. 161.

Fauor publicus uerſatur quando de teſtatoris uoluntate ſuſtinenda agitur. 158.

Fideicommiſſa quomodo diſtinguantur à legatis. 28.

Formæ legis nemo derogare poteſt. (37.

Formæ legis cōcernentis Ius publicū nemo derogare poteſt, ſecus ſi priuatam utilitatem reſpiceret. 38.

Formæ modicæ quis renunciare poteſt. 40.

Fraus quæ ſit legi nullo modo concedenda eſt. 192.

G.

Generaliter præſumitur contractus ſimulatus propter clauſulas inſolitas & nimias cautelas. 292.

H.

Hæres ſi grauatus eſt à teſtatore dare mille legatario, ſed infra decenniū ſoluendi poteſtas conceſſa ſit, alioqui ut quinq; pro centum ſoluere debeat: an illo caſu ſit uſura. 47.

Hæres tenetur in foro poli ſoluere legata, ſi notitiam habuerit. 81.

Hæres quomodo compellatur (ſi non iure teſtamenti ſaltem promiſsionis iure) ad tollendum probationis defectum. 112.

Hæredis inſtitutio in teſtamento eſt pars ſubſtantialis. 97.

Hæredis inſtitutio non ſimpliciter eſt pars ſubſtantialis ſed formalis. 99.

Hæredis nomen à iuregentium non à iure ciuili originem traxit. 98.

I.

Iaſonis fundamentum contra cōmunem ſententiam, facile euitari poteſt. 266.

Illud quod eſt de ſubſtantia, eſt immutabile. 88.

Inquirēdi poteſtas ſi delegata ſit iudici qui ſuo iure poterat inquirere, poterit tunc is fama quoq; non præcedente, uel indicijs, inquirere. 43.

In re propria quilibet eſt moderator & arbiter. 140.

Intellectus, c. Raynaldus, de de teſta. (18.

Intellectus, c. tuis. extra de teſtib. 249.

Intellectus nouus & uerus ad L. fin. C. de fideicom. & §. fin. in Inſt. de fideicom. hæred. 117

Intellectus, L. primæ. C. eman. libe. non probat id ad quod ſemper adducitur: licet ſentētiā dd. bene probet. 131. 132.

Intellectus, L. quoties, §. ſi duo, de hæred. inſtituen. declaratur. 210.

Intellectus, L. filio præterito, de inius. Rup. irrit. teſta. 251.

Intellectus Pomponij Iureconſ. in L. noſtra, cum uera declaratione, quicquid dd. dicant. 348. 349.

Intellectus ad L. obligationum, uerſ. placet, de act. & oblig. 353.

Intellectus, L. uerbis, de uerb. ſig. 17.

Intentio & propoſitum diſtingunt delicta. 50.

Inuentarij remiſsio facta tutori nō ſolum reſpicit interdum utilitatē tutorum, uerumetiam filiorum, ne paupertas detegatur: imo ne eorum diuitiæ innoteſcant. 304. 305.

Iuramentum continet clauſulam omni meliori modo. 241.

Iuramentum habet uim ſpecialis expreſsionis, quando accedit. 240.

Iuramentum habet uim renunciationis omnibus iuribus, & alijs in renunciantis fauorem ſtatutis. 242.

Iuramentum ſemper ſeruandum eſt, niſi tendat in præiudiciū tertij. 229.

Iuramentum ſi apponatur, extenditur diſpoſitio L. cum antea, C. de arbit. eſtq́ nouum dictum. 329.

Iuramentum in ficto & ſimulato contractu appoſitū quid operetur. 278.

Iuramentum ſuper actu, qui in rerum natura non exiſtit, non poteſt conſiderari. 276.

Iuri Municipali diſponenti teſtamentum non ualere abſq́ inſinuatione, partes uel teſtator renunciare non poſſunt. 227.

Ius accreſcēdi locū non habet, ſi non in totum deficiat. 78.

Ius Canonicū omnio excludit malæ fidei poſſeſſorem, et ſemper præualet iuri ciuili, quando agitur de materia peccati. 346. 347.

Ius Municipale prohibens maritum legare uxori ultra quartam, non habet locum in donatione cauſa mortis. 14.

Ius Municipale prohibens aliquem poſſe alienare abſq́ ſolennitate, magis in bonis quæſitis, quam in querendis procedit. 205.

Ius Municipale diſponens, ut creditor amittat ius ſuum ſi per decennium eſt negligens non petendo creditū, communiter recipitur; ſed licet ſit huiuſmodi ſtatutum receptum, tamen uti iniquum non uidetur procedere. 344. 345.

Ius Municipale non poteſt diſponere pro uno duntaxat. 271.

Ius Municipale non poteſt aliquid diſponere in caſibus, in quibus deficit conſenſus & id pontificē corrigere non poſſe. 296.

Ius municipale nō ualebit ſi diſponat, ut nulla ſimulationis exceptio competere poſsit. 68.

L.

Legati definitio triplex. 1.

Florentini iurecōſulti definitio & diſceptatio de ea. 2.

Modeſtini iurecōſulti definitio et diſputatio à Doct. recepta, licet ſit deprauata. 3.

Imperatoris definitio magis corrupta. (4.

Autoris declaratio ad Modeſtini iureconſulti & Imperatoris definitiones. 5.

L. filio præterito, de iniuſt. rupt. teſta. declaratio. 39.

Legata & fideicommiſſa inter ſe differre origine, nomine & effectu. 25.

Lego uerbum relatum uniuerſitati bonorum an trahatur ad hæredis inſtitutionem. 21.

Lex debet eſſe iuſta & ſancta. 94.

Lex facilius concedit poteſtatem diſponendi de bonis acquirendis quā acquiſitis. 204.

Lex generaliter loquens quando contineat perſonas priuilegiatas. 122.

Decij præceptoris noſtri obſeruandi diſtinctio uera eſt, contra quoſdam recentiores. 123.

Lex generaliter loquens non includit priuilegia clauſa in corpore iuris. (224.

Lex noſtra non habet locum in ſuperiore. 121.

Lex poſitiua potuit addendo immutare ius diuinum. 95.

L. ſi quis ita hæres, de acqui. hæ. & L. actus legitimi, de reg. iu. ab autore reconciliantur. 184.

L. ſicuti. Quib. mod. uſufru. amitt. quomodo procedat. 342.

L. 4. in fi. de cond. & demonſtr. quomodo legi debeat. 189.

Liberatione à teſtatore relicta, duo caſus excipiuntur, primus; ſi aliquid perpetra-

perpetratum fuerit dolo: ſecundus, de bonis retentis apud ipſum. 307.
An dolus commiſſus, uel bona retenta per tutorem à teſtatore remitti poſsint. 308.
Clariſſ. iuris Monarcha Dec. Doct. in dicta diſputatione reſpondendo conciliat. 310
Limitatio ad §. Diui. in L. filiusfamilias, eod. tit. per. §. ſanctiſsimas, in Auten. de non alien. bon. nouiter reprobatur. 196.

M.

Monachi, & fratres ordinis Franciſcani non poſſunt hæredes inſtitui, neq; uniuerſale fideicommiſſum relinqui eis poteſt. 26.
Mulieres ac minores iurantes ſuper aliquo actu, uidentur renunciare omnibus legibus & ſenatuſconſultis in fauorem ipſorum ſancitis. 243.
Mulier habens filios, ſi iure Municipali fuerit prohibita ne extraneis quicquam donet, an legare poſsit. (12. 13.

N.

Naturalis obligatio ex teſtamento, nō ſolenni naſcitur: reprobata Petri ſententia. 83.
Naturalis obligatio ex actu nullo exorta, plures effectus habet, quos author refert. nu. 84. 85. 86. 87.
Neceſsitati plura conceduntur, quæ alias denegantur. 57.
Nemo poteſt aliquid agere contra legis diſpoſitionem. 35.
Notarius interrogatus quid ſint codicilli, ſi neſcire ſe dixerit, nō continebitur clauſula codicillaris in teſtamento. 105.
Notariorum imperitia deſtruxit orbē. (110.
Numerus duorum teſtium an ſit ſolēnitas ſubſtantialis, & an conſuetudine diminui poſsit. 93.
Numerus ſeptem teſtium an ſit ſolennitas ſubſtantialis: qui articulus eſt difficilimus, & ad utranq; partē diſcutitur. 74.
Pro parte adfirmatiua plura adducuntur. 75.
Negatiua pars pluribus munita eſt. (57.
Et an numerus ſeptem teſtium ſit ſolennitas ſubſtantialis, uel probatoria, plurimum refert. [illegible]
De hoc articulo diffici[illegible] concordia per autorem. [illegible]

O.

Obligatio nulla naſcitur ex contractu ſimulato. 261.
Orbem deſtruxit Notariorum imperitia. 110.

P.

Pactum de retrouendendo, ut præſcribatur ſpacio quadraginta annorū, de iure non procedit. 343.
Partes debent ſe liberare à periurio primo commiſſo: quod notandum eſt. 279.
Partes non poſſunt conuenire, ut iuris ſolennia auferantur in iudicio. 66.
Partes non poſſunt opponere exceptionem ſimulationis, etiamſi renunciaſſent exceptioni ſimulationis. (262.
Partes poſſunt opponere exceptionē contractus ſimulati, non obſtante renunciatione eodem modo, ac ſi ſtatuto caueretur. 270.
Partes non poſſunt renunciare legibus, uel ſolennibus à lege introductis. 248.
Partes poſſunt adpellare à ſententia arbitri, licet renunciauerint appellationi, quando eſſet enormis læſio. 324.
Pater non poteſt priuare filium à ſucceſſione regia, niſi eſſet inhabilis. 51. 52.
Pœnæ adiectio interdum confirmat contractum principalem. 146.
Petri ſententia tanq; non æqua, ut nō naſcatur naturalis obligatio ex teſtamento non ſolenni: reprobatur. (83.

Piæ cauſæ fauore donationes abſq; inſinuatione ualent. 244.
Poſſeſſorem malæ fidei ius canonicũ omnino excludit. 346.
Præceptum paternum cum Iuramento de non diuidendis bonis perpetuo ualere: contra Doct. omnes authorsuetur. 177.
[illegible] poteſt alienare bona eccleſiaſtica; & eadem ratione prohibetur compromittere. 265.
Præſcriptioni partes an renunciare poſsint: Bart. ſententia recipitur cõtra Dyn. 340.
Conſilium Bart. ut dicatur toties quoties, non ita firmum uidetur. 341.
Primogenitura an ſit de iure diuino. 553.
Princeps ſemper cenſetur excluſus à lege. 54.
Principes inferiores, quo ad primam exceptionem textus noſtri non cõtinentur. 55.
Procurator cõſtitutus reuocari poterit: nõ obſtante, quod dominus conſtituens iurauerit non reuocare. 176.
Prohibitio de non alienandis bonis relictis eccleſiæ abſq; cauſa, non ualet, ut Ange. in ſuis reſponſis dicebat. 198.
Prohibitio diuiſionis bonorum perpetuo, uniuerſaliter non ualet, ſecus ſi in particularibus, ut ſingulariter uoluit Roman. quod tamen abſq; difficultate non uidetur procedere 181.

R.

Ratio à Doct. tradita quare pater non poſsit prohibere bonorum diuiſionem perpetuo, damnatur. 170.
Ratio alia traditur. 173.
Ratio diuerſitatis quare magis domino donanti reſeruanti remitti poſſit cautio, quam legatario. 144.
Ratio finalis præſumitur ex prohemio legis, uel iuris Municipalis. 218.
Ratio, quare teſtator non poſsit aliquid diſponere contra leges. 36.
Ratio, quare hodie teſtator poſsit prohibere Falcidiam. 149.
Regula ab authore tradita ad diſtinguendũ legata & fideicõmiſſa. 29.
Regula iuris, ut non debeat dari materia delinquendi, quomodo & quando procedat. 300.
Alia declaratio traditur ad leg. conuenire de pact. dota. 301.
Regula, L. ſi unus, §. illud, de pact. & d. L. cõuenire, de pact. dota. procedit in uero dolo, ſecus in lata culpa. 312.
Remiſsio cautionis non ualeret, licet ſtipulatio uel Iuramentum acceſſiſſet. 148.
Remiſſio inuentarij facta tutori non ſolum tutorum, uerum & filiorum reſpicit utilitatem: ne paupertas degatur, neue diuitiæ eorum innoteſcant. 304. 305.
Renunciare partes uel teſtator nõ poſſunt iuri Municipali diſponenti teſtamentum abſq; inſinuatione non ualere. 227.
Renunciare appellationi in criminalibus cauſis partes non poſſunt. 317.
Renunciare quis poteſt formæ modicæ. 40.
Renunciatio facta accedente iuramento per filiam hæreditati paternæ non obſtat quin a patre inſtitui poſſit. 235.
Renunciationibus inſolitis præſumitur inſtrumentum ſuſpectum. 293.
Renunciare iuri publico quando conceſſum. 338.
Reprehenſio recentiorum Bononienſium ad intellectum L. etiam de bon. libert. 45.
Res facile reuertitur ad priſtinam ſuã naturam. 221.
Reſponſio ad textum in Aut. ſed cum teſtator C. ad leg. Falc. 154.
Reſponſio noua tradita ad L. Marcellus, infra ad Trebel. & alia Iura. 219.
Reſponſio ad textum in L. ſtipulatio iſta, §. alteri, de uerb. obl. 147.
Reſponſiones ad omnia adducta in contrarium circa iuramentum in ficto, & ſimulato contractu adpoſitum. 278.

S.

Scriba qui librũ promittit ſcribere certo tempore, & ut in compedibus retineri poſſit, iure retinebitur. 70.

Plures

Plures ſunt caſus quos author hic refert. 71.
Simulata donatio eſt depicta & colorata donatio. 259.
Simulationis exceptio ne competere poſſit ſi Iure Municipali fuerit diſpoſitum, illud non ualebit. 268.
Simulationis exceptio accedente iuramento in pluribus caſibus competere poteſt: Doct. ſentētia recepta. (282.
Simulati contractus ſuſpicio quomodo tollatur. 294.
Simulatus contractus eſt nullius momenti. 258.
Simulatus præſumitur contractus propter clauſulas inſolitas & nimias cautelas. 292.
Solennitatibus partes renunciare non poſſunt ſiue publicā, ſiue priuatam reſpiciant utilitatem. 250.
Solennia Iuris in teſtamento, quando Ius Municipale, uel conſuetudo remittere poſſit. 126.
Specialia duo ſimul eſſe non poſſunt. (197.
Statutum diſponens ut creditor amittat ius ſuum, ſi per decennium creditum petere neglexerit, ut iniquum non uidetur procedere. 345.
Statutum non debet interpretari ut auferat libera facultas teſtandi. 23.
Statutum poteſt remittere ſolennia in teſtamentis condendis, ut apud Venetos & alios populos. 124.
Statutū Vrbeuetanum diſponens maritum non poſſe legare, an extendatur ad hæredis inſtitutionem. 22.
Statuentes etiam inferiores poſſunt conſtitutiones facere abſq́ ſuperioris decreto, ſi res reducatur ad Ius commune. 129.
Stipulatio imitatur naturam contractus ſuper quo interponitur quo ad naturam ſubſtantialem: ſed nō quo ad accidentalem. 115.
Subſtantia eſt duplex, eſſentialis & accidentalis. 91.
Summarium iſtius. L. damnatur. 30.

T.

Temporis curſus quo impediri poſſit dicendū eſſe toties, quoties &c. etſi communiter ſit receptum, tamen iure non procedit. 341.
Terminus ad reſpondendum poſitionibus & libello adſignatus, ceſſat ſi prima die reſponſum dederit. 178.
Limitatur ſi dictiones [illegible] temporis extremitatem de[illegible] appoſitæ fuiſſent. [illegible]
Teſtamentum factum coram principe abſq́ ſolennib⁹ ualet, multo magis ſi a principe conditum fuerit. 96.
Teſtamentum iudicabitur, ſi teſtator corā ſeptem teſtibus dixerit: eſtote præſentes meo contractui. 108.
Teſtamentū ut ſortiatur effectum ſine iuris ſolennijs conſilium. 113.
Teſtamentum uel codicillus an præſumi debeat, ſi teſtator ſolennibus ad teſtamentum neceſſarijs uſus fuiſſet, & tamen dixerit ſe codicillari. (106.
Sententia authoris eſt, ut magis teſtamentum, quam codicillus iudicari debeat. 107.
Teſtator an poſſit prohibere ne legatū tranſeat ipſo iure in legatarium. 253.
Teſtator an poſſit prohibere filios ne bona diuidant, & quando. 167.
Poteſt teſtator ad tempus, & quæ ſit ratio traditur. 174.
Teſtator an poſſit in teſtamēto cauere ne hæres compellatur adire. 159.
Teſtator poteſt uxori relinquere ſub conditione, ſi uidua uixerit: ſecus ſi dictum fuerit ſi non nupſerit. 182.
Teſtator hodie poteſt prohibere falcidiam. 149. 211.
Teſtator licet remiſerit confectionem Inuentarij prætoris in poteſtate eſt, inſpicere an pupillo expediat nec ne. 302.
Teſtator non poteſt ſolennitatibus ſubſtantialibus derogare. 101.
Teſtator poteſt præfigere terminum infra quem adire debet hæreditatē. (64.
Teſtator poteſt diſponere relinquendo bona Eccleſiæ ſub conditione, ut non poſſint alienari etiam pro re-

redemptione animarum. 194.

Teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi. 207.

Teſtator poteſt prohibere alienationē bonorum extra familiam cū cauſa, alias ſecus. 166.

Teſtator poteſt legatum purum conditionale efficere, & econtra. 162.

Teſtator poteſt diſponere ut legatarius propria autoritate poſſeſſionē. rei legatæ ingrediatur. 255.

Quod licet ab omnibus recipiatur nō caret difficultate. 256.

Tamen ab obiectionibus tueri poteſt. (257.

Teſtator poteſt remittere confectionē inuentarij. 295.

Salyc. uero non ſimpliciter ſed cum diſtinctione hoc uerum eſſe uult. (296.

Sed rigoroſa iudicatur ipſius diſtinctio. (297.

Teſtatori quo ad tenorem teſtamenti liberam habet facultatem teſtandi. (100.

Teſtator grauare hæredem ſoluere uſuras an hoc poſſit? 46.

Teſtator ſi in teſtamento dixerit, dono Titio centum præſenti & acceptanti, an iudicari debeat donatio uel legatum? 6.

Teſtator ſi ſolennem uoluntatem facere ſtatuerit, licet ſolennia non ſeruauerit, ſed in fide hæredis omnia remiſit, qui ſoluere contenta in teſtamento promiſit, hæres compelletur omnia contenta ſeruare. 111.

Propterea Bartholomeus Veronenſis dicebat obſeruandum eſſe ut hæres promittat omnia contenta in teſtamento ſeruare. 112.

Quod conſilium author probat, ut teſtamentum ſortiatur effectum. 113.

Teſtator ſi dixerit ſimul, lego & dono centum Titio, an iudicetur legatum uel donatio? 10.

Luſitanorum ſententiam author in proxima quæſtione ſequitur. 11.

Noua autoris quæſtio cōformis proximæ ponitur, quid ſi ius Municipale diſponeret Mulierem habentem filios non poſſe extraneis donare an locum habeat in legato. 12.

Quid ſit reſpondendum apponitur per ipſum. 13.

Teſtatorem poſſe cauere hæredem, cōpellendum adire hæreditatem, ex Alex. ſententia, tuetur author, quidq; in hac quæſtione concludendum ſit dicit. 9.

Teſtatoris expreſſio inſpicienda magis eſt quam Notariorum enunciatio. 109.

Teſtatoris uoluntas ſemper inſpicienda eſt. 20.

Teſtatoris uoluntatem ſeruare reipub. intereſt. 158.

Teſtari non eſt iuriſdictionis uoluntariæ. 133.

Imo eſt quoad diſponendi facultatem, ſed non quo ad Iuris ſolennia. 134.

Transmiſſibile poteſt effici intransmiſſibile & econtra. 163.

Trebellianicæ detractio uenit contra teſtatoris uoluntatem. 212.

V.

Vaſallus ſi negauerit ſe eſſe Vaſallum ab omni remedio excluditur. 118.

Verba debent proprie intelligi. 7.

Verbum lego multifariam accipitur. (15.

Verbum, lego uniuerſitati relatum, an importet hæredis inſtitutionem, author diſputat ad utranq; partem. (16.

Concordia ſingularis & noua in proxima quæſtione. 21.

Verborum a proprietate non eſt recedendum. 8.

Vſura an ſit dicenda, quando hæres a teſtatore grauatus eſt dare legatario mille, ſitq; ei poteſtas ſoluendi infra decennium conceſſa ita, ut interim pro centum quinq; ſoluat. 47.

FINIS.

Errata inter excudendum.

Fol. 1. uerſ. 18 b. oefinitionem pro definitionem. eod. uerſ. ult. Codicill. pro codicillis. fol. 2. uerſ. 21. legatorio pro Legatario. fol 3. uerſ. 13. teſltator pro teſtator. fol. 4. ucrſ. 9. a. Centur. pro Centurio, eod. uerſ. ult. differ. pro differentia. eod. uerſ. 6. uerbum lego non erit in parentheſin incluſum. eod. uerſ. ult. abundat dominus et ſto. fol. 3 uerſ. 14. adie pro adiect. fol. 7. uerſ. 11. a. ex. pro extra. eod. uerſ. 27. nigore pro rigore. eod uerſ. 2. b. precibb9 pro precil 9 fol. 8. uer. 3. a. amulorũ pro annulorũ. eod. uerſ. 3. b. Aucho. pro Ancho. eod. uerſ. 3. diſtuſerit pro diſtulerit. eod. uerſ. 13. lutcũ pro lucrum. fol. 13. uerſ. 18 a. uariabelis pro uariabilis. fol. 19. uerſ. 6. b. l ſequetur dictionẽ delinquendũ. fol. 25. uerſ. 33. a. limilitatione pro limitatione. ibidem uerſ. 25. b. unda pro nuda. fol. 27. uerſ. 32. a. neceſſariã pro neceſſario. fol. 32. uerſ. 5. a. diſpontentibus pro diſponentibus. fol. 36. uerſ. 13. a. iuratiũ pro iurantiũ. fol. 39. uerſ. 4. a. quanum pro quantũ. fol. 62. uerſ. 28. b. nter pro inter. ibidẽ. uerſ. ult. cummitteretur pro committeretur. Quod autem ab initio maiuſculis literis uſi ſint Calcographi ſepius quam decebat, equius interpretari debet, cum exemplar nulla fide deſcriptum, reuiſumue, eis oblatum ſit.